 Hosti ne arma quibus occūbatīs dare nihil pudet? Papę deus eloquar an
 fileam? De vobis (bonos excipio) cum Plinio an dicere audeam, Anhelos
 ingentia vasa corripere velut ad ostentationem virium: ac plene infun-
 dere: vt statim hauriatis: rursusq; & tertio: tanq; ad perdenda vina geni-
 ti sitis: & tanq; effundi illa non possint: nisi per humanum corpus. Vnde
 furor: vnde tanta est infania vobis? Corpus si perditis temporarium:
 aethernum pdere animū metuatis. Vos estis lux mundi: lucernę ar deāt
 in manibus vestris. Obscurissimas mūdi huius tenebras lucernę vestrę
 claritas illustrēt: vt erranti popello viā monstretis: imitandique vestri
 bonum relinquatis exemplum. Quodq; Agesilaus cognomēto magnus
 faciebat animo versate. A quodā enim interrogatus (vt est in Plutarchi
 Apophthegmatis) quorū hyeme vehementi sine tunica etate grandior

Vino vti
qbus inter
dictū sit.

Romuli so-
brietas.

Iudici ni-
hil sit cum
vino.

Sacerdos
viuat so-
brius.

FRANCISCVS SYLVIVS

Exemplus
bonū alijs
præbēdum

circumiret. Vt me (inquit) iuueues imitentur exemplum habentes & se-
nectute confectos & principes. Et quoniam hæc ego hic non suscepi dicenda: quoniam
cœpi dicere prosequor. Exprobratur Israeli (vt idem Hieronymus ait)
Potum dabatis Nazareis meis vinum. Ionadab filius Rechab præcipit
suis: vt non biberent vinum vsque in æthernum. Quibus quum offerret
Hieremias vt biberent: bibere autē noluissent: loquitur dominus per p-
phetam. Quia obedistis præcepto Ionadab patris vestri: non deficiet vir
de stirpe Ionadab filij Rechab stans in conspectu meo cunctis diebus. Hęc
ille. Fœminis quoque Romanis vini vsus ignotus fuit: vt libro. ij. titulo de
institutis antiquis meminit Valerius: ne scilicet in pudicitia violatæ de-
decus aliquod prolaberentur. Quia proximus a Libero patre intempe-
rantia gradus ad incontinentiam Venerem esse consuevit. Ideo. M. Cato (vt
est apud A. Gellium capite vigesimo tertio libri decimi) non existimatas
solum set multatas quoque a iudice mulieres que vinum bibissent refert:
non minus si vinum bibissent: quoniam si probrum & adulterium admisissent.
Nam Egnatij Mecenii vxorem a marito propterea interfectam quod vinum
e dolio bibisset: eumque cædis a Romulo absolutum fuisse: Matronamque eo
quod loculos in quibus clauis erant vini cellæ resignasset: a suis inedia mo-
ri coactam fuisse ex Plinij capite decimotertio quartidecimi libri didici-
mus. Floram Flauij diuinatoris vxorem Plutarchus in Problematis,
tradit: quum vino clanculum vteretur deprehensam myrtheis virgis ac
flagris a viro cæsam fuisse. Infantibus quoque vinum esse nocuum maxi-
me ex eodem accepimus. Quæ causa fuit. vt deæ Ruminę que nutricum
rumis hoc est mammis præponebatur, spargeret lac antiquitas: nullumque
vinum adhiberet. Set hic fortasse hæremus nimium: iam igitur pergitur.
¶ Græco more biberetur. i. in geniali cœna inuitatione multa potare:
vt apud Ciceronem in Verrinis sit sermo inter eos & iuitatio vt Græ-
co more bibere. Hospes hortatur, poscunt maioribus poculis celebratur
oim sermone lætitiæque conuiuium. Id pergræcari Plautus appellat in Bacchi-
dibus. Propterea hoc facio: vt suadeas nato meo: vt pergræcetur tecum.
Et in Muscellaria. Dum tibi lubet licetque pota, perde rem: Corrumpe
herilem adulescentem optimum. Dies noctesque bibite, pergræcamini.
Amicas emite: liberate pascite parasitos: opsonate pollucibiliter. Sextus
Pompeius Pergræcari (inquit) est epulis & potationibus inseruire. Titin-
nius. Hominem improbum nunc ruri pergræcatur. Ad cognoscendum ite-
dem qualis Græcorum bibendi mos fuerit: Diogenes Laertius ansam præ-
bet. Libro enim primo de vitis philosophorum: Anacharsim Scytham no-
minis non vulgaris philosophum mirari dicit: quoniam Græci inuito conui-
uij calicibus paruis vterentur, vbi vero saturati essent, maioribus. Rei
cuius rationem Alexander Aphrodisæus octogesimo problemate memi-
nit. Vt (inquit) frequentius perpetuoque ad mensam bibere possint. Par-
ua enim pocula tam non exatiant, quam potus abundantior. Si ergo a maio-
ribus incipiant frequenter id facere (vt in his delicijs assolet) non possint.
Natura præter hæc paulatim paruis assuefcens poculis copiam postmo-
dum non recusat. Lex illa in græcorum conuiujs obtinetur. Aut bibat,

Fœminæ
vinū non
bibant.

Floravinū
bibit non i-
pune.
Pueri sint
abstemij.
Rumina.
Græco mo-
re bibere.
Pergræca-
ri.

Lex græca-
nica.

aut abeat, Eius ea ratio est. Aut enim fruatur aliquis pariter cum alijs voluptate potādi, aut ne sobrius in violentiam vinolentorum incidat, ante discedat. Author est M. Cicero libro Tusculanarū quinto, qui idem libro primo Græcos in conuiujs solitos esse nominare dicit, cui poculum tradituri sint. Indis, vt id transeunter dicamus, mensæ accumbentibus quum prope modum saturati essent, aurei argenteique crateres afferuntur, quorum singuli poteribus decem sufficere posse videantur: atque ex his tanquam ex flumine potantes, incuruati bibunt. Author est Philostratus libro de vita Apollonij Tyanei secūdo. Quem bibendi morem Vergilius in Didonis conuiuio obseruare videtur. Postquam (inquit) prima quies epulis mensæque remotæ Crateras magnos statuunt. & paulopost de Bitia bibace. Pleno (inquit) se proluit auro. ¶ Ludibrii conuiuio, id est dedecoroso, inhonestoque, & illiberali conuiuio. Nobis enim edendum est & bibendum ad hoc vt viuamus: non autem viuendum vt edamus bibamusque. Tantū enim cibi & potionis adhibendum esse vt reficiantur vires non opprimantur Cicero in libro de senectute admonet. Id neglegere Phæaces videbantur. Quibus (vt in libro octauo Odysseæ scribit Homerus) conuiuia, cithara, choreæ, vestes, balneæ, thermæ, lecti curæ semper erant. In Anacharsis huius (quem dicebamus) statuis omnibus inscriptum erat, illis tribus lingua, ventre, pudendis continendum esse. Eam ob rem a cōuiuendo cōuiuium nos melius quam Græci συμποσίον. i. compositationem, authore M. Tullio in Catone maiore, nuncupamus.

Indorum mos.

Vergilij locus. Abstinēdū esse.

¶ Flacci Oratij. Vitam cuius apud Crinitum legere possis. Flacci vt author est Plinius capite tricesimo septimo libri vndecimi ab auribus flaccidis cognominantur. Aures (inquit) homini tantum immobiles: ab his flaccorum cognomina: ¶ Ecloga, quæ Græcis ἐκλόγη dicitur, est electio, exquisitio, explanatio: quasi sermo vel materia electilis. Set aliud est ἀργλόγη. i. ægloga ἀπὸ τῆς ἀγροδ. i. a capra, hoc est sermo caprinus. Quales sunt Æglogæ Vergilianæ.

Flacci vnde appellati. Ecloga. Ægloga.

¶ In qua propter mediam noctem & cætera. Oratij verba sunt vnde vicesima Ode libri tertij carminum.

Da (inquit) Lunæ prope nouæ:
Da noctis mediæ: da puer auguris
Murenæ. tribus aut nouem
Miscentur cyathis pocula commodis.

Qui musas amat impares:
Ternos ter cyathos attonitus petet
Vates. Tres prohibet supra
Rixarum metuens tangere Gratia.

Nudis iuncta fororibus. Quem Oratij locum hisce verbis Acron interpretatur. Da (inquit) Lunæ &c. Puerū pocillatorē alloquitur. Hoc modo veteres festiuitatem conuiuiorum celebrare consueuerant: vt singulis vini cyathis sub singulorum deorum nomine, aut charissimorum hominum in poculis apponi iuberent. Da noctis mediæ. i. bibamus in honorem mediæ noctis, & nouæ lunæ, & auguris murenæ. Tribus aut

FRANCISCVS SYLVIVS

nouem: vt numero deus impare gaudet. Tribus autem propter gratias, quæ lætitiã dabant. Nouem propter musas. Attonitus, vt non inebrietur. Vates pro quolibet sacrificola. Hæc Acron. Quæ mihi omnino satis facere non putes. Enarramus itaq; rem fufius. Romani dies singulos a nocte media ad vltimam proximam mediam noctem annumerabant: vt author est A. Gellius capite fecundo tertij libri. Quocirca. vt M. Varro dicit homines quæ media nocte ad proximam mediam noctem in his horis quattuor & viginti nati sunt, vna die nati dicuntur. Magistratus itidem quando vna die eis est auspicandum: idq; super quo auspicati fuerunt agendum: post mediam noctem auspicantur, post meridiem sole magno agunt. Auspiciatq; esse, & egisse ex eodem die dicuntur. Set adhuc ad Oratiana verba Plutarchus scribit coherētius. Nam in problematis scribit. Quid est causã, quor Metellus pōtifex maximus post sextilem mensẽ (qui nunc Augustus dicitur) vetuit auspicari? Nam quemadmodum die incipiente aut crescente, sic mensis principio aut cremento hæc agimus. Reliquos autem tanq; otiosos & ab omni actione vacuos obseruamus: sic post octauum mensẽ reliquum anni tempus vesperã quandam etiam inclinantis & quasi senescentis anni crepusculum putauerunt. Quibus ex verbis facile intelligas in principio diei vel mensis auspicari veteres solitos esse. Mensis autẽ lunæ annus est. i. tempus illud quod est a luna noua ad eãdem iterum nouã: qui ideo dicitur, quia luna Græco vocabulo μῆμη dicitur: vt placet Macrobio lib. ij. super expositio ne sopnij Scipionis. Mensis item dies primus Ioui nuncupatum est: quoniam vt numerorũ princeps est vnitas: ita rerũ omniũ principium ab Ioue profectũ prisca credidit gentilitas. Vergilius in Buccolicis. Ab Ioue principium musæ, Iouis omnia plena. Orpheus apud Eusebiũ capite septimo libri decimitertij de euangelica præparatione. Ab Ioue principium, sunt & Iouis oĩa plena. Mensam præter hæc (vti fufius rem enarremus) aræ vicẽ præstare, Macrobius lib. iij. Saturnaliũ tradit. Mensam itidẽ sacrã esse Plutarchus in Problematis affirmat, quũ querit quor mensam tolli vacuã nõ sinebãt veteres: sed quũ aliquid superesset: quoniam (inquit) nihil sacrũ inane est. Ad quod alludit Vergilius quũ lib. vij. Ænei. Ascanius admiratus q; mensas etiã paniceas Troiani comedãt impudenter: Heus etiã mensas cõsumimus inquit. Oratianus ergo ille locus intelligitur Da poculũ lunæ noue noctis mediã & auguris Murenę. i. quo in honorẽ lunæ noue aut Iouis in honorẽ diei incipientis: quo fortasse tẽpore noua erat luna, in honorẽ auguris Murenę bibatur. Vel Murena ipse bibat. ¶ Murenę cognominati sunt Licinij, eo q; pisce murena delectati sunt effusissimi: vt ait Macrobius lib. iij. Saturnaliũ. L. Crassus quum supra ceteros disertus haberetur: essetq; inter ciues clarissimos princeps, murenã tamen in piscina domus suę mortuã atratus tanq; filiam luxit. Cui ei⁹ in censura collega Cn. Domitius quasi deforme crimen in senatu obiecit. Neq; id cõfiteri Crassus erubuit, set vitro etiã gloriatus est, piã affectuo samq; rem fecisse se iactans. Plutarchus in libro de capiẽda vtilitate ab inimicis inscripto Crassum Domitio respõdentẽ facit. Num tu (inquit) lachrymabas, quum tres extulisti vxores? Murenę quẽ sint abũde scribit

Oratij locus.

Auspiciandi tempus.

Mensa sacra est.
Mensam tolli vacuã nõ licebat.
Vergilij locus.

Murenę cognomen.

Lædoria.

Macrobius. ¶ Attonitus nimio videlicet vino vt Mancinellus: vel vt Lā dinus quasi iam stupefcens ex nimio vino: vel vt sentit Acron vt non in ebrietur. Quam tu vis sentētiam elige. Verū aliter interpretādū esse putamus: hoc scilicet modo. Attonitus. i. numine diuino stupefactus. Qualem sybillā Virgilius li. vi. enei. facit: quum Apollineo furore plena Aeneæ futuram canit. Ideoq; libro enei. septimo quum Aeneas audit Alcanium dicentem Heus etiam mentes cōsumimus: ex eo omine laborū suorū finē adesse auguratus est. Primāq; loquentis ab ore Eripuit vocem: ac stupefactus numine pressit. Qd si recipiēdū non censet: aliter ac ego tu sentis.

¶ Ternos ter cyathos &c. Quoties in mensa bibendum sit. exponit Oratius. Vates qui musas amat (quæ sunt numero nouem) nouem petit cyathos. Qui vero gratias (quæ se nostro ternario numerant) in earum honorem ter tantū bibit. Quo autē modo locus ille Oratianus Treis phibet supra rixarū metuēs tāgere. Gratia nudis iuncta sororib⁹, intelligat sicco (vt aiunt) pede præterire nolumus. Ea est igit sentētia. Gratia (vt au thor est Seruius in commētario libri primi enei.) nude sup̄ & p̄nēs. q̄a sine fuco, & insolubiles esse oportet. Gratia ergo nudis iuncta sororibus Gratia: in Gratiarū honorē ter tantū bibendū est. Metuēs rixarū Gratia ideo dicit: quia Gratijs trib⁹ noīa hæc Græci indiderunt θαλασσα. i. celebritatē vel viriditatē: αἴλαια. i. splendorem: ευφροδύνη. i. lætitiā quæ vocabula rixis inimicatur. Nec intelligēdum cū Acrone puto. Verba cuius hæc sunt. Tres (inquit) phibet supra: ne si supra nouē addideris ebrius factus exurgas in lites: q̄ sunt gratiæ lgtitiæque cōtrariæ. Idem cū Acrone sentit Porphirio. Sed ad propositum redimus. bibendi itē is fuit mos: vt quot literis amicorum amicarū ve nomina facta essent: tot cyathi biberentur. Martialis libro primo.

Næuia sex cyathis, septem iustina bibatur:

Quinq; lycas, Lyde quattuor: Ida tribus.

Omnis ab infuso numeretur amica falerno:

Et quia nulla venit: tu mihi Sopne veni.

¶ Non tamen ab re nostra alienū sit memoriæ suggerere cōiuiarū numerū esse debere a Gratijs ad Musas. i. vt pauciores non sint q̄ tres: nec plures q̄ nouē: vt A. Gellius capite vndecimo decimi tertii libri meminit. Cæterū parce bibēdū esse Anacharsis scytha apud Diogenē Laertiū significat. Tres em̄ ferre vuas vitē memorat: vnam voluptatis: ebrietatis alterā: tertiā mœroris. Aesopus quoq; Phyrgius quo tpe Xantho ser uiebat, domino dixisse fertur. Extat here apud Dionysium: q̄ crateri sodalitiio triplex vis inest. vna ad voluptatē: altera ad hilaritatem: ad insaniam tertia. Asclepiadis inter p̄cipuos medicorū: si vnum Hippocratem excipias: omnium principis celebre est dictū illud apud L. Apuleium libro quarto Floridorū. Prima (inquit) cratera ad sitim ptinet: secunda ad hilaritatem: ad voluptatē tertia: quarta ad insaniam. Verū hercle vero musarū cratera quāto crebrior quantoque meracior. tanto ad animi sanitatē est ppior. Prima enim cratera literatoris ruderato animū (siue ingeniū maui) eximit. Secūda grāmatici doctrina instruit: Tertia rhetoris elo-

Gratiæ nu
dæ.

Acronis &
Porphirio
nis error.

Vino par
ce vtēdum
Vitiū vuæ
seu racemi
tres.

Vini vtili
tas.

FRANCISCVS SYLVIVS

- quætia armat. Hactenus a plerisque potatur. Ego & alias crateras Athenis bibi poetice commentam, Geometriælympidam, musicæ dulcem, dialethica austerulâ: iam vero vniuersitas philosophiæ bibit inexplebilem scilicet nectaream. Hæc ille, cui persimile est illud Horatianum epistola ad Torquatum. Fœcundi calices quem non fecere disertum. Obiter attè de vini genera esse tria: nigrum, album, medium. Tria alia nouum vetus, medium. Nigrum vires efficit: album vrinam, medium πένθος. i. cōcoctionem. Nouum refrigerat: vetus calefacit: medium est prædium caninum: vt scribit A. Gellius capite vltimo libri decimitertii De prandio autem canino Ioan. Baptist. Pius in commentarijs libri quinti Lucretij scribit plura. Cyathus græca vox poculi genus est: vnde ad cyathum flare dicuntur pueri ij: qui presto astant: vt cyathis discumbentibus vna ministrent. Suetonius in C. Cæsa. C. Meuius etiam ad cyathum & vinum Nicomedi stetit obiect. Ausoni⁹ in monosyllabis. Stat iouis ad cyathum: generat quem Dardanius Tros. vnde κυαθίσω. i. cyatho vna ministro. Plautus in Menchmis Non scis quis ego sum: qui tibi sæpissimè me cyathisso apud nos quâdo potas. Idem. Tum cyathissare mihi soles. Idè pocillare latini a pocillis. i. poculis paruis dicunt: vt Ganymedem iouis pocillatorem Apuleius lib. vj. Metamorph. appellat. Tunc (inquit) poculum nectaris (quod vinum deorum est) ioui quidem suus pocillator ille rusticus puer: cæteris vero Liber ministrabat. Propinare vero est honoris causa vel amoris inuitando aliquem præbibere προ enim ante: & πι πο bibo significat.

Hunc locum de ternario numero illico nostra illa poetica scabies coepit excalpere: cuius morbi (quoniam facile contagiū est) vtinam ad te quoq; prurigo commigret: & furo tuæ emendationis adiecto impingas spongiam: quæ imperfectum opus equi male spumantis abfoluat.

Scabies. ¶ Nostra illa poetica scabies. Sumpta est metaphora a pruriente scabie a qua vix vnguis abstinere possumus. Super qua re verba Cornelij Celsi ex lib. v. his ascribo. Scabies inquit est durior cutis rubicunda: ex qua pustulæ oriuntur: quædam humidiores: quædam sicciore. Exit ex quibusdam sanies: sitque ex his continuatè exulceratio pruriens: serpitque in quibusdam cito atq; in alijs quidem ex toto desinit, in alijs vero certo anni tempore reuertitur. Quo asperior est, quoq; prurit magis: eo difficilius tollitur. Itaq; eam quæ talis est agriam, id est ferâ græci appellat. Hæc ille. Verbis cuius succinit Apuleius libro. ix. Meta. Et cum dicto (inquit) nudatus ipse delato lumine scabiem vetustam cariola testa occipit excalpere. In scabiosum Polygionem est Ausonij epigramma non inelegans. ¶ Morbus (vt ait A. Gellius capite secundo libri quarti) est habit⁹ cuiusq; corporis cõtra naturâ q̄ vsũm eius facit deteriorè. Quæ a vitio

**Morbus.
Vitium.**

ita distinguit: vt morbus qualis est febris curari possit. Vitium autē quā-
 lis est struma curationem nullā inueniat. Vitium (inquit) perpetuū est.
 Morbus accessū dicesuq; est. Morbum autem vehementiorem vim noc-
 endi grauius habentem morbū sorticum appellat capite primo vlti-
 mi libri. ¶ Facile nomen est. ¶ Contagium, contagio, & contagus latine
 dicta morbū significat: qui contactu suo polluit quicquid attingit. Ver-
 gilius in Buccolicis. Nec mala vicini pecoris contagia lēdent. Iuuenalis.
 Dedit hanc contagio labem. Lucretius libro quarto. Quæ contage sua
 palloribus omnia pingunt. Quum alia pecora, tum maxime oues con-
 tagione vexari author est Columella capite quinto libri octaui. ¶ Pruri-
 go (vt ex Problemātū Aristotelis particula tertia didicimus) est spumo-
 sus quidam humor cōtra naturam suam inclusus, qui exitū petens scal-
 pendī affert libidinem. Petrus tamen Aponius in commentarijs parti-
 culę septimę tradit pruriginē crassis humoribus, acutis, & falsis, exeu-
 do e cute penetrare non potētibus: ideoq; acuitate sua & falsedine hulce-
 rantibus carnem generari. Prurientes feruidis rebus ideo gaudere Ale-
 xander Aphrodisens dicit: quoniam pituita: crassitudine cuius & frigi-
 ditate pruritus oritur: cutis sensum obtundit. ¶ Scabiem propterea esse
 contagiosam Aristoteles particula septima Problematum scribit, q; per
 summa corporis, hoc est per cutem errat: atq; humore lento manat:
 quam attingere facile est: humores autem eo attractu contrahuntur,
 qua ex re fit illa contagio. ¶ Fucus emendationis tuæ adiecto: ducta est
 metaphora a medicamento illo, quo cuti superinducto formę vitia mu-
 lieres obtegunt. Plautus in Mustellaria. Nam istæ veteres quæ se vn-
 quentis vnditant interpolles: vetulæ quę vitia corporis fucus occultant.
 vbi sese sudor cum vnguentis consociat, illico itidem olent, quasi cum
 vna multa iura cōfundit cocus. Genis enim atq; labellis ruborem pur-
 purisso: vultui, collo, papillis candorem cærulea vetulæ inducunt. Pur-
 purissum Ioānes Baptista Pius appellat miniaciū colorem, quo faciem
 sibi purpurant puellę. Cærulea vero sic fit: vt Vitruuius capite duode-
 cimo septimi libri memorat. Rhodij (inquit) in dolijs sarmenta compo-
 nentes acetum suffundunt: supraq; sarmenta plumbeas massas collo-
 cant. Deinde operculis dolia obturant, ne spiramentum obturata emit-
 tant. Post certum aliquod tempus aperientes inueniunt in massis plum-
 beis cæruleam. Eadem ratione lamellas græas collocantes efficiunt æru-
 cinem, quæ Aeruca appellatur. Fucus præter hæc, Erasmo authore hæ-
 bæ genus est. Φυκός Græci vocant: tingendis lanis vtile. Vnde fucū pro
 colore quouis reperire est. Hinc fucum facere, est veteratoria calliditate
 aut artificiosa dissimulatione aliquem decipere. Terentius in Eunuchō.
 Animus gaudebat mihi, deū sese in hominem conuertisse: atq; in alienas
 tegulas venisse clanculum per impluuiū. Fucū factū mulieri. Inde item
 offucia pigmenta muliebria appellantur. Plautus in Mustellaria. Non
 istā atatem oportet pigmentum illud attingere, neq; cæruleam, neq; me-
 linum, neq; aliam vllam offuciam. Phucū nō fucū scribere multos licet
 videamus: aliter tamen scribēdū esse putam⁹. Priscian⁹ em̄ author est li-
 bro primo ante f inuentā latinis ph vsos fuisse: sicut itē Græci veteres

Sorticus.
 Contagiū:
 Contagio.
 Contages.

Prurigo.

Scabies
 quæ sit cō-
 tagiosa.

Fucus.

Cærulea.
 Purpuris-
 sus.

Aerogo.
 Aeruca.

Fucum fa-
 cere.

Offucia.

FRANCISCVS SYLVIVS

- F** scribēda vnde pro φ ph scribebāt. Vnde nūc quoq; in Græcis nominib; antiquā scripturam seruamus: nam pro φ ph scribim⁹. vt Orpheus, Phæton. Postea vero in latinis verbis placuit pro φ f scribi: vt fama, fuga, fanū, fur, frygeo: licet græcis ΦΗΜΗ, ΦΥΓΗ, ΦΑΜΟΡ, ΦΩΡ, ΦΡΥΓΕΩ, dicantur, Fanum. Sextus tamen Pompeius Fanum a fauno vel a fando dictū ideo putat, φ quum fanum Pōrifex max. dedicat: certa quædam verba fatur. Frigeo qui cum iota scribūt a Φρικέρι. i. horrendo inclinari autumant. Fucum Spōgiarū igitur nō phucum scribimus. ¶ Spōgiarū tria scribit genera Dioscorides. Masculum qđ foraminula habet minuta, spissaq; & alba. Fœminam qđ rotundas habet cauernas, atq; maiores. Tertiū quod tragon. i. hircū appellant, lapides duros, plurimasq; in se habens cauernas. Sensum inesse his apparet (vt tradunt Plinius capite quadragesimo quinto noni libri, & Aristoteles capite decimosexto quinti libri de natura animalū) quia vbi auulforem sensere contractæ difficiliter multo abstrahuntur: quod idem etiā faciunt quoties flatus atq; tempestas vrget: ne sua sede pellātur. Spongię oēs aut ad saxa nascūtur, aut iuxta littus: lutoq; alun- tur: cuius rei argumentum est, φ captæ limo refertæ omnes cernuntur.
- ¶ Spōgiarū vñs. Spongia in vsu mensarū tergendarum adhibuit antiquitas. Martialis in Apophoretis. Nec tibi sorte datur tergēdis spongia mensis. His item vtebatur, quum improba scripta deleri volebat. Suetonius in Caligula Cæsar Græcę Latinęq; faciendæ certamen edidit. Quo certamine ferūt victoribus victos præmia cōtulisse: eorūq; laudes componere coactos. Eos autem qui maxime displicuissent, scripta sua spongia, linguave dele re iussos: nisi ferulis obiurgari, aut flumine proximo mergi maluissent. Macrobius lib. secūdo Saturnaliū de Augusto. Lucius grauis tragœdiarū scriptor interrogabat eū quid ageret Ajax suus? Et ille. In spongiam (inquit) incubuit: alludit autem ad mortem Aiæcis, qui gladio incubuit.
- Impingere** ¶ Impingas, immittas, imponas: quū em pollutum est aliquid & conta- minatū, spongia tergemus: tūc ea spongia quasi pingitur. Impingere cul- pam pro imponere, & vt redūdet facere, Plautus in milite vsurpat. Cul- pam oēm in me impingito. ¶ Equi male spumātis. i. vel nō spumātis: vt male sanus. i. non sanus. Vergilius lib. æneid. iiii. Quum sic vnanimem alloquitur male sana sororem. Vbi Seruius. Male (inquit) sana. i. nō ple- ne sana. i. amore vitiata. Male enim plerūq; non, plerūq; nimis, signifi- cat: sicut ve: vt vecors, vesan⁹: qđ male perniciose significat. Hęc ille. Sed quomodo hic sumatur, mox paulo aperietur. male fortis pro molli, eui rato, eneruato. Ouidius libro Fastorū tertio. Nondū tradiderat victas victoribus arteis Græcia facundum, set male forte genus. Male amic⁹. i. inimicus. Vergilius libro secundo æneid. Hic mihi nescio quod trepido male numen amicum Confusam eripuit mentem. Vel male spumātis. i. spumas flauas & non rubras emittentis. Seruius enim in cōmentarijs libri tertij Georgicon super eo carmine. Hic vel ad Elgi metas, & maxi- ma campi Sudabit spatia: & spumas aget ore cruētās. Spumas (inquit) aget ore cruētās: quod est signum equi fortissimi: si velut spumas egerit rubras. Equi aut boni indicia Varro libro de re rustica secundo, & Colu- mella libro septimo ampliter scribunt. Sed hic de picto agitur: Vnde
- Equi boni indicia.**

Vale. Maxi. lib. viiij. titulo quædam nulla arte effici posse: de quodam pictore ita scripsit. Atque ut eiusdem studij adijciam exemplū: Præcipue artis pictor equum ab exercitatione venientem modo non viuum labore industrię suæ compræhenderat. Cuius naribus spumam adijcere cupiens tantus artifex in tam paruula materia multum ac diu frustra tenebatur. Indignatione deinde incensus spongiam omnibus imbutam coloribus forte iuxta se positam apprehendit: & veluti corrupturus opus suū tabulę illiisit, quā fortuna ad ipsas equi nares directā, desiderium pictoris coegit explere. Itaque quod ars adumbrare non valuit, casus imitatus est. Hæc ille. Plinius autem lib. xxxv. dicit hunc Nealtem fuisse: vbi simile narrat de Protegene in canis spuma pingenda. Sensus ergo est: impingas spongiam quæ equi male spumantis opus absoluat. i. adhibeas limaturam & correctionem tuam quæ quod ego efficere non potui: ut spongia Nealtis in pictura equi male. i. non ex arte spumantis perficiat. sicut enim bonus dicitur ab arte: ut quur nō mopsle, boni quoniā conuenim⁹ ambo. i. periti: sic malus ab imperitia. Sed hæc hæctenus. ¶ Absoluat perficiat. Ducta est metaphora ex operarijs: qui quum operibus suis manū imposuerunt extremam: quæ ligata erant, omnino dissolunt. Id quod absoluere proprie significat. Nam præpositio ab significato complendi vim habet: quod dicit A. Gellius. Cuius verba sunt ex capite tertio libri decimi quinti. Inuenimus (inquit) in cōmentario Nigidiano verbum autumo cōpositum ex ab præpositione & verbo æstimo: dictūque interficere autumo quasi abæstimo: quæ significaret totū æstimo: tãq̃ abnumero.

Absoluere.

Ac ne me gloriosum neges: cœptos inter prandendum versuculos ante coenæ tempus absolui: hoc est dum bibo: & paulo anteq̃ biberem. Sit ergo examen pro materia & tempore. Set tu quoque hoc ipsum paulo hilarior & dulcior lege. Nãque iniurium est de Poeta male sobrio lectorem abstemium iudicare.

¶ Gloriosum neges. i. gloria indignū ne me putes. Gloriosum enim in partem vtramque accipi non ignoramus. In vituperationem dicitur is qui iactando se aut res suas ostentando glorias inaneis venatur. Cicero libro officiorum primo. Deforme de se ipso prædicare falsa præfertim: & cum irrisione audientium imitari militem gloriosum. Idem in partem bonā vsurpat in libro de legib⁹. Quod nobis egregiū & ad immortalitatem memoriæ gloriosum est. Videtur autem hoc loco significare ut fere solet, gloriæ captatorem: nam qui ex ingenio gloriam captant studia negant: ut auctor hoc loco qui inter cœnandum absolutum griphon iactat. Cœna quæ nūc dicitur: latinis præcis vespertina dicebatur: ut prædicula erant quæ nunc ientacula dicimus. Cœna autem dicitur: quoniā hominem esse animal natura sociale nemo nescit: solitudinemque hominis naturæ inimicam esse Cicero in fine libri primi Officiorum scribit:

Cœna
Vespertina.
Prædicula.
Ientaculū.

FRANCISCVS SYLVIVS

Cœnobiũ.

quæ tum inimica est maxime, quum esitant homines: vnde a viuendo simul dictum est conuiuium, ab eademq; viuendi communitate cœna nomen accepit. κοινός enim communis dicitur. & ὁ κοινῶν τοῦ κοινῶ-
 νοῦ familiaris & socius. Vnde κοινότης a vitæ communitate: quod A. Gellium capite nono libri primi contubernium interpretatur: nisi verum est id quod multi dicunt A. Gellium Græca τῆν citasse: nec latina fecisse. Inde appellati sunt κοινῶνται, quos passim monachos dictitam⁹. Set quoniam de ternario numero est hoc nostrum opus, quod interpretandum suscepimus, Monachorum genera tria in Aegypto fuisse dicimus: vt ex regula monachorum diui Hieronymi didicimus. Fuerunt enim Cœnobitę, quos Illi anses lingua gentili appellant: quosq; communiter viuentes appellare possumus. Nam βίβος vita dicitur. Anachoritę sunt ij, qui soli per deserta habitant: ab εὐός q; procul ab hominibus secefferunt, eis nomen inditum est. ἀμαχώρεω enim secedo, & ἀμαχώρεσις secessus dicitur. Tertium genus est, quod ipsi Remeboth dicunt, tetricum atq; neglectum. Hi bini vel terni nec multo plures simul habitant, arbitrio suo suaq; ditione viuentes. Eorum quæ labore parauerunt partem, vt alimenta habeant communia, in medium conferunt. Habitat q̄ plurimi in vrbibus & castellis: & quasi ars sit sancta non vita, quicquid vendiderunt maioris est præcij: inter hos intercedunt sæpe iurgia: quia suo viuentes cibo non patiuntur alicui se subijci. Apud hos affectata sunt omnia: laxa manica, caligæ sollicitantes, crassior vestis, crebra suspiria, virginum visitatio, detractio clericorum. Cœna (vt iter aliq̄n repetamus) a communitate dicta est. Sextus tamen Pompeius veteres pro cœnis cœnas: vt pro pœnis pœnas: & camœnas pro camœnis dixisse memoria prodit. ¶ Dum bibo, id est prandij tempore. ¶ Paulo anteq̄ biberem, id est paulo ante cœnam. ¶ Examen, iudicium, lectio nis pro materiæ difficultate, temporisq; paruitate. ¶ Iniurium est de poeta male sobrio &c.

**Cœnobitę.
 Monachorũ tria genera.
 Anachoritę.**

Remeboth.

Ausonius in epigrammate ad libri sui lectorem.
 Admoneo (inquit) ante bibas.

Ieiunis nil scribo meum, post pocula si quis Legerit: hic sapiet.
 Sic Martialis lasciuum carmen scripturus tetricos omnes atq; superciliosos a carminum suorum lectione prohibet. Nam in libro primo. Epigrammata (inquit) scribuntur illis qui solent spectare Florales. Non intret Cato theatrum nostrum: aut si intret ne spectet. Et rursus.

Nosces ociosæ dulce quum sacrum Florę
 Festosq; lusus, & licentiam vulgi.

Quur in theatrum Cato seuerè venisti?

An ideo tantum veneras: vt exires?

Et in libro vndecimo.

Triste supercilium duriq; seuera Catonis

Frons, & aratoris filia Fabritij

Et personati fastus: & regula morum

Quicquid & in tenebris non sumus: ite foras. Itemq;.

Lectores tetrici salebrosum ediscite Sanctam
Nil mihi vobiscum: est iste liber meus est.

¶ Male sobrio id est non sobrio set temulento. Sobrius enim ab ebrio dicitur: quoniam corde locors. Est enim sobrius seorsum & separatus ab ebrio: & seorsum quoniam seorsum a corde: In quo prudentia. ¶ Abstemius homo & abstemia quae dicitur A. Gellius capite vicesimo tertio libri decimi. Qui de victu atque cultu Romani populi scripserunt: mulieres Romae atque in Latio gratam abstemiam egisse: hoc est vino semper (quod temetum prisca lingua appellabatur) abstinuisse dicunt. Temetum pro significatu eodem usurpat Plinius capite decimotertio quartidecimi libri. Cato (inquit) ideo propinquos foeminas osculum dare instituit: ut scirent: an temetum olerent. Hoc tum nomen vino erat: vnde & temulentia appellata. Dicitur ergo abstemi? is qui temeto abstinet: ut ait Nonius Marcellus: aut qui parce vititur. Nam ut particula ad propeita ab longe significat.

Sobrius.
Abstemi?
Temetum

Neque me fallit fore aliquem: qui hunc iocum nostrum acutis naribus & caperata fronte condemnet: neque me omnia quae ad ternarium & nouenarium numeros pertinent: attingisse. Quem ego verum dicere fatebor: iuste negabo. Quis prope si bonus est: quae omnia non oblita mihi: set praeterita existimet. Dehinc qualiscumque est: cogitet secum quod multa de his non reperisset: si ipse quae fisset. Sciat etiam me nec omnibus erutis usum: & quibusdam oblati abusum.

¶ Acutis naribus id est inuidia quae canibus peculiaris est. Vnde canina verba sunt inuidiosa, sugillatoria, vituperatoria. Ouidius in ibim. Iactat & in toro verba canina foro. Hinc dicta est canina facundia. Anguilla tamen figura Aegyptij sacerdotes inuidiam significabant. Aristoteles in libro quem scribit de Physionomia author est: extremum nasum habentes acutum referri ad canes: quos tamen ait difficulter irascibiles: quales esse solent subannatores subducti: & supercilij vituperones. Ideo Plinius capite tricesimo septimo libri vndecimi tradit nasum esse derisioni dicatum. Altior (inquit) homini tantum (quem noui mores subdola irrisioni dicauerunt) nasus. Naribus ergo derisio significatur. Oratius libro primo sermonum satyra sexta Ut plerique solent naso suspensis adunco Ignofos. Suspendis (inquit Acron) spernis, subannas, fastidis irrides. Nouimus enim quod irrident: sannas faciunt Persius Satyra prima.

Acute naribus.
Inuidia figura.
Nasus derisioni aptus.

FRANCISCVS SYLVIVS

Omne vaser vitium ridenti Flaccus amico
Tangit: & admissus circum præcordia ludit
Callidus excusso populum suspendere naso.
Idē paulo ante, ridēs ait: & nimis vncis Narib⁹ indulges. Quā disterium
adinuerecūdiā patere possit latius. Nam vt Aristoteles in Phsyionomiā
scribit: Qui nasum habent a fronte statim recuruum: inuerecundi sunt:
& ad coruos referuntur Nasuti derisores dicuntur.

Martialis in detractorem in Xenijs.

Nasutus sis vsq; licet: sis deniq; nasus:

Quantum noluerit ferre rogatus Athlas.

Et possis ipsum tu deridere Latinum:

Non posses in nugas dicere plura meas.

Rhinoce-
ros.

Rhinoce-
ros & mo-
noceros
differunt.

Ad eorū qui derident nasi magnitudinē alludit Martialis lib. j. Et pueri
nasuz rhinocerotis hnt. Rhinoceros em̄ authore Plinio capite vicesimo
libri octaui cornu in nare habet vnicū. Vñ nomē accepit. Nam ρῑϋ τῆδ
ρῑϋδὸς naris τὸ κέρατὸς cornu dicitur. Obiter attende non esse eum
dem Rhinocerotem cum eo qui monoceros dicitur. licet ab vno cornu
monoceros dicitur. Nam vt in capite eodem & proximo scribit Plinius
rhinocerotis cornu est in nare. Asperrima autem fera monoceros vnū
cornu nigrum in fronte media habet longum cubitorum duorum. Rhi-
noceros genitus est hostis elephantis. Cornu ad saxa limato præparat se
pugnæ. In dimicatione aluum: quam scit esse molliorem: petit maxime.
Longitudo ei par: crura multo breuiora: color bruxeus: viuus sæpe ca-
pitur. monoceros autem capite ceruo, pedibus clephāto, cauda apro, mu-
gitu graui vno vt dicebamus cornu in media fronte: cætera equo similis
est. Qm̄ aut̄ de narium magnitudine dicebamus attēde ex Aristotelis ca-
pi. vndecimo primi libri de natura animalium elephantis prolixā narē &
validā augeri: eiusq; vsu esse eundē qui & manus. ideo manū elephātis
non narem Cicero in libro secundo de natura deorum appellat. Ea nan-
q; cibos tā siccos q̄ humidos colligūt: elephantēs, capiūtq; & in os animā
tium soli imponunt. ¶ Caperata fronte. i. superciliofa grauitate. Nā au-
thore Plinio capite tricesimo septimo libri vndecimi. facies homini tan-
tum: cæteris os aut rostra. Frons & alijs: set homini tristitia; hilarita-
tis, clementiæ, seueritatis index est. Quocirca a ferendo animi indicio dī
ctam esse frontem autumant. Frontem virili genere poeta Cæcilius dicit
his carminibus. Nam hi sunt inimici pessimi fronte hilaro: Corde tristi
quos neq; vt apprehendas: neq; vt mittas: scias. Quæ eadem A. Gelli-
us capite nono libri decimi quinti accersit Frontis indicia quæ sint Ari-
stoteles in libro de Phsyionomia & capite octaui libri primi de natura
animalium meminit. Frons (inquit) quæ sub sincipite posita inter id-
ipsum & oculos est. Quibus hæc magna, segnes: quibus parua, mobi-
les: quibus lata, mente moueri faciles: quibus rotunda. iracundi. Capera-
ta frons: vt ait. M. Varro libro tertio de latino sermone a capræ fron-
te dicitur. Et caperare frontem: vt Nonus ait Marcellus est rugis fron-
tem contrahere asperareque. tractum a crispis caprorū frontibus Plau-
tus in epidico. Quid illud est: quod illi caperat frons? Vbi caperat pro

Fronte
hilaro.
Frontis in-
dicia.

Caperata
frons.

caperatur positum est. Varro in Eumenidibus. Qui mihi caperatā frōtem tuam strobile omittis. Capella Martianus Caperare verbum antiquum magis q̄ q̄ sita vsurpandum putat. Verba cuius ne desideres: hęc ex libro quinto ascripta volumus. Propria (inquit) sunt vetusta pręcipue. Nam tum quum proceres vel nescirent hęc dicendi ornamenta: vel appetere non auderent, proprijs vtebantur. Sed quia verborum veterum iam exoleuit vsus: non sunt audacius vsurpanda illa, quę cum ætate mutata sunt. Itaq; hallucinari & ceritum & caperatum similiaq; prætereuntes vtemur his quę consuetudo recipiet. Hęcille. Condēnet. i. abiudicet, vilipendat. Condemnare autem ideo dicitur, q̄ damnū subit is, qui condemnatur. A demōdo autem dictum esse damnū M. Varro libro primo de sermone latino testatur: vt a deterendo detrimentum: a quo si comparatiuum deterius (vt fere putant omnes) profectum est: de bonis proprie dicas deterius: licet aliter vsurpatum aliquando inuenias. A. Gellius capite sexto libri secundi. Qui omni in re atq; omni tempore laude omni vacat: is illaudatus est: isq; omnium pessimus, deterrimus est. M. Cicero libro Tusculanarum quaest. primo. Iste omnium perditorum ita similis est, vt esset facile deterrimus. ¶ Oblita, id est nescita, exq; mente obliterated. Passiue autē posuit. Vt Theodosius Cęsar in epistola ad Ausonium. Ne fraudari me scriptorum tuorum lectione patiaris, quę olim mihi cognita, & iam per tempus oblita rursus desidero. Vergilius in Buccolicis. Nunc oblita mihi tot carmina. Verba enim deponētia q̄ in significato accipiuntur actiuo & passiuo exempla dicit plurima Priscianus libro octauo. Ex quo didicimus, deponētia nō dici propterea q̄ significatum vnum deposuerint, vt vulgo persuasum est: set quoniā vni q̄ alteri significatiōnis crebrior est vsurpatio, ideo significatiōnem vnā deposuisse videntur. Participia temporis præteriti ab his profecta passiuę & actiuę vsurpātur. ¶ Erutis. i. inquisitis, rimatis, & inuentis. Verbi quod est rucere significatus variōs Nonius Marcellus excribit: quod autem ad negotium pertinet nostrum, id solum dicimus. Ruere (inquit) est eruere & leuare. Vergilius in vndecimo. Confusa ruebant ossa focus. Seruius ruebant (inquit). i. de cineribus eruebant. Idem in primo aenei. Totumq; a sedibus imis Vna eurusq; notusq; ruunt. Quum vero aliquid in terra infossum querimus, tantisper terrā eruimus: quoad quæsitum inuenerimus, idq; eruere dicimus. ¶ Abusum. i. non vsum. Nam particula ab interdum negandi vim habet: vt ab re pro sine causa dicimus. Hinc tempore laboreve abuti est temporis multum vel laboris in re aliqua frustra ponere. Terentius in Andrię prologo. Inscrībūdis prologis operam abutitur. Vti apud Ciceronem libro Officiorum primo cum ablatiuo particula de media iungitur. De rebus ipsis vt re tuo iudicio: nihil enim impedio. Abuti præter hęc est re aliqua male, cumq; aliena iniuria vti: vt quum in alienam perniciem scientia, diuitijs, viribus quis vtitur: is abuti dicitur. Suetonius in C. Cæsare. Pręgrauant tamen cætera facta dictaq; eius: vt & abusus dominatione, & iure cæsus existimetur. Vti & abuti (vt illud etiam dicamus) ita distingunt Donatus in commentarijs Andrię Terentij, & Boethius in commentarijs

Antiquitas pprietatis.

Damnare. Damnum

Deterius.

Oblita.

Deponētia verba quę dicantur.

Ruere.

Vti. Abuti.

FRANCISCVS SYLVIVS

in Topica Ciceronis. Vt in rebus his quæ vñ nostro non pereunt. vt domo, agro, veste. Abutimur his quæ diminuuntur atq; pereunt. vt pane, vino, oleo, & hoc genus alijs. Ideo ait Marcellus. Abusa abutendo vel in vñ consumpta. Apud Plautum in Asinaria adulescens Argirippus Cleretam lenā rogat. Vbi illæ quæ tibi dedi antea Lena respondit. Abusa: nam si durarent mihi, mulier mitteretur: a te nunq̄ quicq̄ proferē. In his omnibus verbis abuti significatibus vides particulam ab, aut negandi, aut diminuendi vim habere.

Q̄ multa enim de æternario sciens neglecta: tempora & personas: genera & gradus: nouem naturalia metra cum trimetris, totam grammaticam & musicam, librosq; medicinos: terræ maximum Hermē: & amatorem primum philosophiæ, Varronisq; numeros, & quicquid profanum vulgus non ignorat.

Sciens.

¶ Sciens, id est prudens, sponte, dedita opera, ex industria, ex composito. Terentius in Eunuchō. Amore ardeo & prudens & sciens viuis vidensq; pereō. Ibi Donati differentiam non recipias. Prudens (inquit) qui intelligentia sua aliquid sentit. Sciens qui alicuius indicio rem cognoscit. ergo prudens per sese: sciens per alios. ¶ Tempora, personarū, genera, & gradus, φ in tria diuidantur, vulgatus est atq; manifestus, q̄ vt nūc dici exposulēt. Set aliā temporis partitionem ex Censorino nouimus.

Aeuū quid sit.

Qui capite quinto de die natali Aeuum (inquit) tempus est vnum, maximum, immensum, sine origine, sine fine: quod eodem modo semper fuit, semper futurum est: neq; ad quēq̄ hominem magis q̄ ad alterum pertinet. Quod in tria diuiditur tempora, præteritum, præsens, futurum. Ex quibus initio caret præteritum, exitu futurum. Præsens autem quod medium est, adeo exiguum est & incomprehensibile, vt nullam accipiat longitudinem: neq; aliud esse videatur, q̄ transacti futuriq; cōiunctio. Adeo porro instabile, vt ibidem sit nunq̄. Quæ causa est vt a non stando instans dicamus. Pius tamen Baptista in commentarijs libri primi Lucretij tempus facit triplex. Raptum. i. præteritum: quod tam oclyter præterijt, vt raptum fuisse videatur. Instans. i. futurum, eo q̄ præsentia instet. Extans q̄ præsens nuncupat. Ceterum quoniam de æuo locuti sumus, non ingrātū erit diuerticulum dicere, quæ æthernum ex æuo & ætherno factum cum spiritu (quæ aspirationem vocant) esse scribendū.

Tempus triplex.

Instans.

Aethernū cū spiritu scribendū.

Æthernum enim ab æthere dicitur, ea forma qua a patre paternum, a fratre fraternum, a matre maternum. Est autem æther: vt ait Cicero libro secundo de natura deorum: summa pars in cælo: & vt ait Apuleius in libro quem de mundo scripsit, Cælum ipsum, stellæq; omniscq; siderum compago æther vocatur, non vt quidam putant φ igneus sit, & intensus: sed φ cursibus rapidis semper rotetur. Nā ab αἰθήρ quod est voluo

Æther qd sit.

defectiū. Ideo antiqui æthera vt sempiterno tēpore currētē & summa lo
ca occupātē nūcupauerūt. Anaxagoras autē hoc nomine male vsus æthe
ra p̄ igne ponebat. Author est Aristoteles libro primo de cęlo & mundo.
Et capite vndecimo libri quarti Physicorū: sine intelligētia motus æthe
ris tēpus deprehēdi nō posse idcirco opinati sunt alii (vt capite tradit ū
periore) tēpus esse motū cęli. alij tēpus esse circulū spherāq̄ cęlestē. Eā ob
rē æthernū id dicimus. qđ cū tēpore semp̄ est duraturū. Ab ætate Priscin⁹
& M. Varro declinant. ¶ Nouē naturalia metra. hæc Attili⁹ fortunatia
nus enumerat. Princeps versuū gen⁹ est heroicū: Alterū qđ iābicū dicit.
Vnde Græci versus trimetros: nos senarios dicim⁹, Trochaicū. Anapæ
sticum choris tragicęq̄ dignitati aptū. Antispallicū: Choryambicū: Ioni
cū: Tonus qđ ad rythmū tibicinū cōuenit. Pęonicū. Donatianus vero
oĉto adnumerat Dactylicū, Anapesticū, Iābicū, Trochaicū, Ionicū a ma
iore, Ionicū a minore, Choriambicū, Antispallicū. Set cū his (inqđ) qđdam
adijiūt Proceleumaticū & Pęonicū. Principalia atq̄ originalia & Græ
cis p̄totypa ideo dicta esse idē putat: qđ cętera ex his sunt: qđ mutata p̄ co
lon & cōmata aut partib⁹ agglutinant sibi aut sola ponunt. Originalia
vero (quæ hic naturalia Ausonius vocat) oīa pprio suo pede consistunt.
De quibus quum apud alios multis tum apud Donatianū & Cęsium
Bassum multa legere possis: qđ quia paucis scribere nō possumus ideo ad
alia stylū vertimus. ¶ Trimetris. i. iambicis vel senarijs. Iambici ver
sus hoc est qui saltē in paribus locis Iambum recipiunt: vel monometri
sunt ex simplicib⁹ duobus cōiūctis pedibus: vel dimetri ex quatuor: vel
trimetri ex sex: vel tetrametri ex oĉto. Nam pentametri ex decē: hexame
tri ex duodecim rarenter admodū vsurpant. Iambicus qui trimeter est
minimus auctore Donatiano syllabas habet duodecim. vt Beatus ille q
procul negotijs. Tellus colenda: pellices cælum tenent. Qui maximus est
septēdecim. vt Rapite peres validi rapite: o iuuenū decus. Hic latine di
cit senarius qđ sex pedes habeat simplices: Gręce trimeter qđ tria μετρα
hoc est mēsuras tres cōiūctas habeat. Metrū em̄ qđ est minimū duob⁹
cōstat pedibus. Apud Græcos Iābici carminis poetas tres tantum fuisse
claros Volaterranus in grāmatica scribit: Anoniā: Archilochū: Hippo
nachem. ¶ Grāmatica ἀπὸ τῶν γραμματέων. i. a literis appellatam esse
nemo ambigit. Suetonius in libello de illustribus grammaticis inscripto
Appellatio (inqđ) grammaticorum cōsuetudine græca inualuit. Set ini
tio literati vocabātur. Cornelius quoq̄ Nepos in libello quo distinguit
litteratum ab erudito literatos quidem vulgo appellari ait eos, qui ali
quid diligenter acuteque & scienter possunt aut dicere aut scribere. Ceter
rum sic proprie appellandos poetarum interpretes: qui a Græcis γρα
μματικοὶ nominentur: eosdem literatos vocitatos. Sunt qui litteratum
a literatore distinguant: vt Græci grammaticum a grammatista. vt il
lum quidem absolute, hunc autem doctum mediocriter existiment. Hæc
& plura alia Suetonius. Nos tamē nō fugit esse nonnullos qui librum
illum Suetonio negent ascribendū. Eos profecto iā multos ætatis nostrę
scriptores non admittimus: qui ne nihil scisse videātur a scriptorū libris
nominū titulos eripiūt: quos alijs tribuunt. Hoc genus homines illam

Tēpus qđ
sit.Naturalia
metra.Iambici
versus.Iambici
poetę.
Gramma
tica.
Literati.Gramma
ticus.
Gramma
tista.

FRANCISCVS SYLVIVS

- C. Cæsaris prodigâ iniuriam: qui ab alijs auferebat qđ alijs largiretur: imitari me hercules vident.** Totam igit grammaticâ (vt vnde digressi sumus: eo regrediamur) vt tres sunt figurę: simplex cōposita decomposita. Diminutiuoꝝ nominũ tres gradus sunt apud donatũ. Tria literarũ genera apud grãmaticũ Probũ vocaliũ, semiuocaliũ, mutarũ, Tria cōiunctiõni accidũt potestas figura ordo. Tria sunt p̄positionis casualia, genitiuus, accusatiuus, ablatiuus: licet cum datiuo p̄positionẽ apud, Plautus in Milite cōiũxerit. Nã ego iãdiu apud huic seruitutẽ seruiõ. Tres numeri apud gręcos singularis dualis pluralis. Tres sunt v̄borũ cōiũgatiões vna in as, altera in es, tertia in is. Tria verbũ significat agere pati neutrũ
- Apud cuz datiuo.** Tria sunt tẽpora verborũ p̄sens, p̄teritũ, futurũ. Rursus p̄teritũ triplex est imp̄fectũ, p̄fectũ, plusq̄ p̄fectũ. Participij tria sunt tẽpora p̄sens p̄teritũ & futurũ. Nouẽ modos verborum authore Martiano Capella libro tertio aliqui numerãt: indicatiũ, imperatiũ, optatiũ, cōiunctiũ, infinitiuum: quẽ & p̄petuũ dicũt: p̄missiũ, impersonalẽ, p̄cunctatiũ, subiectiũ. Quoniã autẽ Grammaticę nomine p̄esim vulgus appellat: ab ea quoq; numerũ ternariũ nõ abesse dicimus. In nostra cũ poetica triplex narrãdi genũ dicimũ historicũ, oratoriũ, poeticũ. Poeticũ itẽ tria in genera p̄timur εἰρηκτικον, δραματικον, μικρον Comœdiã triplicẽ Volaterranus in Grãmatica diuidit. Vnã em̄ antiquã facit: qđ manifeste reprehendebat: Alterã mediã: quę p̄ enigmata: Aliã nouã: quę inferuos pau peresq; cauillabat. ¶ Musicã eiusq; partes Martianus Capella libro nono in tria diuidit sapius. Vt quicquid sonuerit tonũ esse putat: aut hemitonũ: aut quartã partem toni: quã Diesis appellat. Diesis item differtẽ sunt tres. Vna breuior: quę tetratemoria nomine: eo qđ toni quartam partem recipiat. Secũda ab illa maior est: quã toni habet tertiam partẽ: ideo tretimoria vocat. Tertia quę toni habet tertiam partẽ & dimidiam tertię: qđ dicit hemiolia, Alia quoq; multa in tria partiẽ. ¶ Medici na (vt author est Cornelius celsus in proœmio libri de medicina) in tres partes deducta est. Vna est enim quã victu: altera quę medicamentis: tertia quã manu medet. Primam Διατητικην Græci nominauerunt. Apud Auicennã Fen prima triplex est spiritus: vitalis a corde pueniens: animalis a cerebro: naturalis ab Hepate. In Aphorismis Hippocratis triplex est fluxus ventris, Διαρροια. i. vt sic dicam humoralis, Δυσπερεια. i. cum corticibus intestinorum, Λυσπερεια proueniens a cibo nondum cocto. Apud Galenum in libro de differentijs febrũ febris est triplex: ephemera quã in spiritibus fundata est: putrida quã in humoribus cõfusa quã in membris. Apud eundem in libro primo Microthegni: Corporum humanorum aliud est sanum, aliud egrum, aliud neutrum. Vnde medicina inibi diffinit qđ sit scientia sanorum, ægrorum & neutrorum. Itemque Medicina est scientia rerum continuatarum cum sanitate & ægritudine & dispositione quã non est sanitas: neq; ægritudo. Signorum alia sunt sanitaris alia ægritudinis, alia dispositionis. Sexcentos hoc genus ternarios inuenire est. Medicininos a medicina forma eadem qua a fœminina fœmininum inclinat. ¶ Ter maximum Hermen. Quinq; fuisse Mercu-
 autē (vt id̄ parergon dicam⁹) tres sunt ptes. ortus, meridies, & occasus.
 quōs triū in duodecim tabulis tm̄ sit mētio. Horę. n. nodū inuētę erāt,
 vt Cēforin⁹ cap. vndeicesimo meminit. Quę eā fuit, vt Eusebi⁹. ca. iij.
 tertij libri de euāgelica p̄patione Cerberū dixerit tricupitē. Supiores em̄
 regiones tres, sunt: ortus, occasus, meridies. Solo em̄ capite triformis eē
 dī. Ibidē loci Eusebi⁹ eādē eē lunā & Hecatē dicit, q̄ p̄pter facies varias
 triformis esse dī, Nouilunij em̄ virtutē cādidis velsib⁹ aureisq̄ & face
 ar dēti significauit antiq̄tas. Cista x̄o quū iā media sit designat. Quā ac-
 crescēte lumine fruges maturat. P̄lenilunij autē virtutē ferrugineo co-
 lore denotarūt. Subinde vt Iunonē Lucinā latini: ita Gręci Dianā ap-
 pellāt qm̄ nouilunij tēpus (vt idē tradit) ad pariēdū nō parū cōfert. Dia-
 na in celo, in terra, apud inferos virgo dī: qm̄ tria hęc: calor, humor, la-
 bor, nisi tēperata sint ḡnatiōni cōtraria sunt. & inimica. Humori tātū.
 Luna p̄est. Apud inferos calor est humore nullo tēperat⁹. In terris ve-
 nationi intēta p̄ mōtes auiaq̄ discurrens feras Diana ilesat. Quā a Cu-
 pidine dēphēdi nō posse Lucian⁹ meminit. Set qm̄ nuptias exola est Dia-
 na illud ex nuptijs p̄tereūdū eē nō duxim⁹. Patrimos tres p̄tēstatos nu-
 bētē deducere. Vnū q̄ facē ex alba spina p̄ferat: noctu em̄ nubebāt: duos
 vero q̄ nubētē tenerēt. Auth̄or est Pōpeius Sext⁹. Trib⁹ itē modis vxorē
 haberi. Boethius libro cōmē. secūdo in Topica Ciceronis tradit, vsu,
 farre, coemptione. sed cōfarratio solis pōtificib⁹ cōueniebat. Quā autē
 in manū p̄ coemptionē cōueniant, hæ matrē familias vocabātur. quā
 vero vsu vel farre, minime. Coemptio vero certis solennitatibus per-
 agebatur, & sese cōmunicando inuicem interrogabant. Vir ita, An sibi.

**Taurica
Diana.**

Dianę tres

**Lunę tri-
plicitas.**

**Cerberus
triceps.**

**Iuno Lu-
cina.
Lucina
Diana.**

**Nuptia
Gu siebāt.**

**Coemptio
nuptialis.**

mulier materfamilias esse vellet. Illa respondebat, Velle. Itē mulier interrogabat an vir sibi paterfamilias esse vellet. Ille respondebat, Velle. Ita q̄ mulier viri cōueniebat in manū, & vocabant hęc nuptiæ p̄ coemptiones, & erat mulier materfamilias viro loco filię. Qui nuptiarū mos hac quoq̄ ætate retinet pertinaciter. Id anſam tibi p̄bebit ad interpretamētū capituli ſecundi libri quarti A. Gellij. Maioremq̄ capies: ſi ex Nonio Marcello noueris nubētes ad maritū veniētes altes tres ferre. Vnum quez in manu tenebat: tanq̄ emēdi cauſa marito dare. Alter uꝫ quē pede habebat: in foco Lariū familiarīū ponere. Tertiu quē in marſupio cōdiderat composito vicinali reſonare. Tergemina. i. triplex. ſic Virgilius lib. Aeneid. viij. Maxim⁹ vltor Tergemini nece Geryonis. ¶ Tres charites Gratiz tres Aglaia, Euphroſine, Thalia ex Ioue & † Eurimone natę ſunt vt i Theogonia meminit Heſiodus. Quibus nomina hęc latitiā aut celebritatē ſignificantia ideo eſſe indita Plutarchus in libro qui inſcribit Cū principibus maxime philoſophuz debere diſputare, autumat: qm̄ cōferre gratiam hoc eſt beneficiū pulchrius eſt & iucūdius, q̄ accipere. Sapiebat (inquit) qui Gratiz indidit nomina Aglaia, Euphroſines, Thalia. Siquidē hilarem eſſe & gaudere in cōferēdo beneficio, id & maius eſt & pulchri⁹. Quapropter multi pudore ſuffunduntur: quum beneficium accipiūt: ſemper autem gaudent: quum beneficium præſtant. Hęc ille. Gratiz autem quomodo pingantur ſcribit Seruius in commentariis libri genidos primi. Sūt (inquit) nude: quia ſine fuce eſſe debent. connexę ſunt inter ſe: quia inſolubiles eas eſſe oportet. Vna eſt a nobis auerſa: reliquę duę nos reſpiciunt: vno em̄ beneficio a nobis proſecto alia duo ad nos redeunt. Gratias Bacchi atq̄ veneris filias eſſe propterea q̄ numinū horuz muneribus gratiz conciliantur eaſq̄ veneri ſacras idē autumat. Paſitheam vnam ex Gratiz noiat Stathi⁹ in libro Thebaidos ſecūdo. Non hoc Paſithea blandarum prima ſororum. Super quo Laſtanti⁹. Noia (inquit) gratiarū ſūbria Paſithea, Aglaia, † Euphroſine Iouis & Hermionę filię Gratias veneris eſſe pediffequas Marſilius ſicinus negat: ſed mineruæ. Gratias tres eſſe poſſimū apud ſuperos planetas idē dicit Mercuriuz Phœbum Venerem hominib⁹ ppitios ſibiq̄ inuicem in celefti circuitu comites. Mercuri⁹ enim vitali quadaꝫ promptaq̄ ſua mobilitate vt res ipſas inueſtigemus aſſidue hortatur. Sol inuētioneſ quęrentibus patefacit. Ven⁹ venuſtate gratiſſima qđ inuētum eſt exornat. Triū maxime rerū cauſa fortune agebat gratias Thales mileſius (vt id obiter dicam⁹) Primo q̄ homo nō bellua: deinde q̄ vir nō mulier. Tertio q̄ Gręcus natus eſſet nō barbar⁹. author eſt Diogenes Laerti⁹ lib. j. Quoniam itez amicitia gratiz cōciliant triplicē ex Laertij eiufdeꝫ libro quinto amicitia dicimus. Vnam cognationis: alteram amatoriā: tertiam hoſpitalem. ¶ Charites dicuntur Gręce. naz χάρις. τοσ gratia dicitur. ¶ Tria fata. Ad parcas locum hunc referri putem: eas em̄ appellari fata dicebamus. Aliam tamē fuiſſe fati partitionem inde cōiectem: q̄ apud Plutarchum in libro de placitis philoſophorum primo Poſſidonium Iouem tertium ſecūdam eſſe fatum dixerit. Primum enim eſſe Iouem: ſecūduꝫ naturā: tertiuꝫ fatum putauit. Fatū iu re nulla niſi in morte ponēdū eſſe multi

Pro Gellio

Gratiz tres.

† Hermiona

Paſithea.

† Erimuones

Thaletis gratia.

Amicitia triplex.

Fata tria.

FRANCISCVS SYLVIVS

autumāt: nam quicquid vel agimus vel dicimus patimur: ve: id cuiusari potest: ideo est fortuitum. Mors autē vt viuētibus adueniat necessum est. Nam vt ait Valerius Maximus lib. vi. titulo de obitu filiorū patiēfer lato, quē admodū mori nemo solet, q non vixerit, ita nec viuere aliq̄s pōt qui nō sit moriturus. Tria Troiē fata fuerūt: Palladiū raptū: Troili mors: sepulchrū Laomedontis violatum. Plautus in Bacchidibus.

Troię fata

Ilio tria fuisse audiui fata, quæ illi forent exitio:

Signum ex arce si perisset: Alterum etiam est Troili mors:

Tertiū quū portę Scęæ limen superū scinderef. Alia multa scribit Seruius in p̄mētario scēdi Aeneidos & in theogonia Hesiodus. ¶ Triplex vox, pressa, insonā media. Accētus triplex acutus, grauis, circūflexus. De vocis diuisione eiusq̄ partib⁹ dicem⁹ huberi⁹ tū quū de musica triplici meminimus. ¶ Trina elemēta. De elemētōꝝ numero nō eadem sententia consentiunt omnes. Alij enim vnum, alij duo, tria alij, alij quatuor esse putant. Eorū qui vnum esse putant: in eo noīando sentētia nō conuenit. Nam authore Aristotele libro tertio de Cęlo & mūdo alij ignē, alij aerē, alij aquā, alij aquæ aerisq̄ mediū aqua subtilius & aere densius: cęlos & omnia continens, magnitudinē infinitum. Libro autem scēdo de Generatione & corruptione elementa ponenda esse quatuor cōtendit: qđ idem libro quarto de Cęlo & mundo asseuerat. Eorum igitur qui tria posuerūt elementa: ex quibus mūdus constaret totus: opinionem secutus est Lucretius: quom de mundi exitio in libro quinto his verbis loquitur.

Elementa tria.

Quod superest ne te in promissis plura moremur:

Principio maria ac terras cęlumq̄ tuere:

Quorum naturam triplicem, tria corpora Memmi

Treis species tam dissimiles, tria talia texta

Vna dies dabit exitio: multosq̄ per annos

Sustentata ruet moles, & machina mūdi. Sup̄ quo Baptista Pius. Hoc (inquit) ex Lucretiana opinione cecinit Ouidius. Explicat vt causas rapidi Lucretius ignis: Casturumq̄ triplex vaticinatur opus. Dixit enim triplex opus p̄ trino consistētē molē p̄ncipio igne, aere, terra. Hęc ille. Lucretiū, Virgiliū, Homerū tria posuisse elementa Probus grāmaticus in cōment. in Buc. Virgilij disserit. Tria elemēta inter se mutabilia ignē, aerē, aquā, terrā autē in eorū nullum mutari, Plutarch⁹ libro de placitis phōꝝ. j. tradit. Tria cē p̄cipua naturę elemēta sine sapore, sine odore, sine fuceo aquā, aerē, ignē, Pli. ca. xxvij. lib. xv. affirmat. Arist. j. phy. materiā, formam, priuationē, ponit. Elementōꝝ tria interstitia Macrobi⁹ lib. j. de sompno Scipionis dicit. primū est a terra vsq̄ ad aquā: ab aqua vsq̄ ad aerē scđm: tertiū ab aere vsq̄ ad ignē, Diuus Augustinus cap. x. quarti libri de Ciuitate dei ad hęc scribit sentētiā. Scđm (inquit) poetarū cōmēta tria tantū ponēda sunt elemēta: quorū singulis deos p̄fecerūt: vt igni Iouem, Neptunum aquę, terrę Plutonem. Singulis item vxores tribuunt suas quasi suppositas. Inferiorem em̄ partem cęli. i. aerē Iuno tenet, Maris inferiorem Salacia, Proserpina terrę inferiorem. Et quoniam ab alendo elementa dicta volunt illud non p̄termittimus, qđ Hippocrates in libro de flatibus alimentum dicit esse triplex cib⁹, potum,

Iuno.
Salacia.
Proserpina.
Alimētum triplex.

spiritum, qui adeo ad vitam necessarius est vt sine eo tēpusculi horulā viuere nō possis: sine cibo & potu plusculos dies viuere possis. Ideo nō impropria fortassis esset lectio si alimēta legeres: vt scilicet post vocē, q̄ sine spiritu esse nō posset: alimēta poneret. Aut elemēta dicit rerū principia quę (vt dixi) secūdu Aristotelem sunt materia, forma, priuatio.

Tres in Trinacria Sirenes: & omnia trina:

Tres volucres: tres semideæ: tres semipuella.

Ter tribus ad palmam iussæ certare camœnis

Ore, manu, flatu: buxo, fide, voce canentes.

¶ Sirenes tres fuerūt Parthenope, Leucosia, Lagia. Quę ideo tres fuisse dñr, q̄ voluptatē alliciētē significēt. Voluptatis aut̄ triplex est illecebra, vt ait Placiades: aut em̄ cantu, aut visu, aut p̄suetudine titillan̄ hoies Mantuanus Bapt. tria voluptatis venereæ damna p̄cipua enumerat hoc versu vt exiguo ita p̄fecto elegāti. Diuitias, animū, corpus, necat, inficit, aufert. Fuerūt aut̄ Sirenes secūdu fabulā (vt auctor est Seruius in cōmētario libri quinti Aeneidos) Acheloi & Calliopes filię ptim virgines, partim volucres, q̄ tria hæc nouerāt, vna voce, altera tibijs, tertia lra canere. Quo cātū triplici nauitas alliciētes in naufragia deducebāt. Meretrices re vera fuisse putat, quę transeūtes quoniā ad egestatē deducebāt: his fictę sunt inferre naufragia. Fabulā aliā Ouidius libro qnto Metamorphoseos cōminiscitur ad hanc propemodū sententiā. Sirenæ inquit comites erāt Proserpinæ fideles admodū, quicū flores in monte Aethna legebant tum: quū a Plutone rapta est. Quā quū per orbē totū frustra disquisiuisissent, vt in mari itē q̄rerēt a dijs alas p̄cip̄ ipetrarūt. Ne tamen ille canor mulcendas natus ad aures,

Lygiā aliq̄ dicunt.
Sirenes,
Voluptas

Tantaq̄ dos oris linguæ deperderet vsū:

Virginei vultus, & vox humana remansit. Sup̄ earū dulciculo cantu canit Virgili⁹ in poematijs. Sedet aut̄ in prato: vt auctor est Homer⁹ libro Odyssæ duodecimo: vbi alta est humanorū ossiū cōgeries, quos quidē hoies modulatiore cantus suauitate illectos naufragio pdiderāt. Quod imitatus est Virgilius libro quinto.

Iamq̄ adeo scopulos sirenium aduēcta subibat.
Difficiles quodā, multorūq̄ ossibus albos. Eas qui incautus audierit neq̄ ab vxore neq̄ a liberis expectandus est amplius: nec itē reditu gauisurus sit. Ab Vlyse ideo superatę sunt, q̄ eū allicere non quiuerunt inq̄ mare se p̄cipitauerūt: vnde fumus piceam nubem imitans aq̄flu

ctus maximi prospēcti sunt. Auctor est Homerus. Parthenopes tamē simulachrū Neapoli ostendit vt libro quinto Strabo meminit. Syrenas quāsi tractorias appellari Placiades putat σύρω em̄ trabo dicit qd̄ si recipis Syrenes cū y scribēdū puta. Nobis tamē p̄suademus potius dici ab ἔρω. i. dico & necto, vel didis necto: qd̄ Sirenū est officiū. Vocabulis em̄ Gręcis quę aspirationē in principio habēt sæpe literā f̄ p̄po-

FRANCISCVS SYLVIVS

nimus: ea quā latina facimus, vt ὕπνοσ sopnus, ὕσ sus. Quā idē aliquā do etiā Græci faciūt. Nam dicūt etiā δύο δύο sus suis: ita δειχθη, δύο Siren sirenis. Diphthongon ει in i lōgū mutari certū est quā si nō im-
Trinacria probas sentētīā Sirenes p i scribe. ¶ Trinacria dicta est Sicilia eo q̄ tria
Sicilia. habeat pmōtoria Pachinū, Pelorū, Lilybeū. Africa fines respicit, vt ait Martianus Capella libro sexto. Quā a siculo Neptuni filio appellatā cē tradit. Polybius libro pmo de pmo bello punico tradit a Siculis vetu-
Sicania, frissimis Italię populis Siciliā esse appellatā. Tradit itē Siciliā triangulū habere speciē: in singulis aut angulis ad extremū esse promōtorij. Pachinus em̄ ad meridiē, Pelorus ad septētrionē, Lilybeus i Libyā & occa-
Sicani sum hyemalē vergūt. Sicilię cultores primos Cyclopes ac Lēnrigone
duo. fuisse: Sicanos deinde indigenas, aut verius Hiberas a fluuio Sicano oriūdos ibidē habitasse vnde dicta est Sicania q̄ pri⁹ dicebat Trinacria Thucydides in lib. vi. de bello Pelopōnesiaco meminī. Duos aut fuisse Sicanos ex Berosi antiquitatibus didicim⁹. Priorē Ianigenarū hoc est Ita-
 lorū regē: quo tpe apud Celtas regnabat Longo is a quo Lyngones di-
 ctos esse putāt. Posteriorē Sicori filiū Celtiberorū regē. Trinacria igitur
 (vt domū redeam⁹) a promōtorijs trib⁹, q̄ ακρα vel (vt ait Seruius) ακρα Græci vocāt nūcupata est. Eā ob rē Triquetra quasi triāgula dī.
 Dicitur obiter Siculos ab Apuleio libro. xj. trilingues appellari eo q̄
 tribus linguis loq̄bant. Græca, Latina, & Sicula. ¶ Sirenes & oīa trina.
 Ideo pticulā & in alijs desideratā supposuim⁹, quia es finalis in Græcis
 noib⁹ Tertij declinationis i plurali numero correpte dicit, vt Virgili⁹.
 Potiunt Troes arena. Idē. Arcades ambo. ¶ Omnia trina. De trib⁹ dici
 mus omne. Tres hęc Sirenes singulę trine sunt. Tres sunt volucres, alas
 em̄ pedesq̄ gallinaceas habēt, q̄a vt ait Placiades affectus libidinis suas
 oēs diuitias dispergit. Tres semipuella: os em̄ virgineū cū lingua reti-
 nēt. Ouidi⁹ libro. v. Meta. Vobis Acheloides vnde Pluma pedesq̄ auiū:
 quū virginis ora geratis? Tres semideę. Homerus em̄ libro. xij. Odyssię
 diuinas appellat. Strabo libro pmo author est prope capreas tres cē in
Sirenuſſa. fulas paruas, desertas, petrosas: quas a Sereuibus Sirenuſſas appellāt,
 vbi Sirenū est facellū. Seruius tñ ijs tantū formā duplicem tribuit, ait
 em̄ eas partim virgines, partim volucres fuisse: easq̄ primo iuxta Pe-
 lorū post in Capreis habitasse. In Trinacria igitē intellige in insulis freti
 siculi. Omnia nō oīa codices ij qui putant emendatiores habent, quod
 si legis, id quod sequitur cum eo quod præcedit non cohæreat. Diuina-
 tionē tamen in treis ptes partitā esse ex Martiani Capellæ libro. vij. didi-
Diuinatio cimus. Augures præterea in principio tres postremo nouem fuisse Pō-
triplex. ponius Latus & L. Feneſtella in libris de Romanorū sacerdotijs memi-
Augures. nerūt. T. tñ Liuius libro decimo scribit primū fuisse. iij. deinde auctū
Pierides. numerū, vt essent nouē. ¶ Ter trib⁹ & c. Nouē Pieriſiſię canētes ore. i.
 voce, manu. i. fide & cithara, flatu. i. buxo burcea ve fistula cū musis no
 uē cantu decertarūt, q̄ vicię in picas mutatę sunt. Apud Ouidiū libro
 Metamorphoseos. v. fabula ad hęc fere sentētīā describit. Piero ex vxore
 Anipe nouē natę sunt filię, garrulitatē quarū & pulchritudine supbia.
 mater. Musas nouem cū nouem filiabus ad certamē puocare non dur

bitat. Certatur vtrinqꝫ. Nymphæ quæ electę fuerāt iudices, Heliconias deas. i. musas vicisse concordī sententiā pronunciant. Sed quoniam opionione sua iure nemo vincitur: a conuictijs Pierides nō abstinent. Contūtorū musæ impatiētes iniuriā se vlturas repositurasqꝫ minantur.

Rident Anipides: spernuntqꝫ minantiā verba:

Conatæqꝫ loqui, & magno clamore proferuas

Intentare manus; pennas exire per vngues

Aspexere suos: operiri & brachia pennis.

Alteraqꝫ alterius rigido concrefcere rostro

Ora videt: volueresqꝫ nouas accedere syluis.

Plangere dumqꝫ volunt: per brachia mota leuatę

Aere pendebant nemorum conuicia picæ.

Nunc quoqꝫ in alitibus facundia prisca remansit:

Raucaqꝫ garrulitas studiumqꝫ immane loquendi. In picas igit mutatae

sunt Pieri filię: quæ ex patris noīe Pierides appellant. Sed a mōte Pieria

quę Thracēs auctore Strabone libris nōno & decimo, musis cōsecrauerūt pierides musę dictæ sunt. Locū hūc fusius postea narrabimus, vbi

de musis nouę scribemus: sed hanc triplicēz musicā q̄ sit ore manu flatu

significare videt. Virgilius de Orpheo scribēs lib. Aenei. vj. Necnō Threicius

lōga cū veste sacerdos Obloquit numeris septē discrimina vocum.

Iamqꝫ eadem digitis iam pectine pulsat eburno. digitis. i. fistulis aut

tibijs digitorum argutia faciētibus discrimina. ¶ Palmā hoc est victoriā

aduersus musas cōparādā In certaminibꝫ em placuit palmā esse signūz

victoriæ. Quę causā puto fuit, vt ramus Palmę ante funꝫ beatę Marię

preferretur eo qꝫ mūdialia hęc omnia cōstanter euicerat. Palmæ enim

natura est, vt vrgētibꝫ p̄mētibusqꝫ oneribꝫ nō cedat: nec intra flexas: sꝫ

aduersus resurgat, vt tradit A. Gellius cap. vj. libri tertij. Musas autez

palmā ideo coronari putāt: qꝫ phœnicem auem palmam appellatā fuisse

dicebamus: phœnicēs autem (a quibꝫ nominatum esse phœnicem nō ta

cuiumus) primi literas inuenisse tradūtur. Vel quoniā in palmarū folijs

prius q̄ in arborum libris veteres scripsisse. Plinius cap. xj. libri decimi

tertij auctor est. De palma idem Plinius quum in locis alijs permul-

tis: tum præcipue capite quarto libri decimi tertij memorat. ¶ Iussæ a

matre. vel iussę. i. volentes. Virgilius in secundo Aeneidos. Infandum re

gina iubes renouare dolorem. Plautus in Aulularia. Quoi iubeant nu-

bant. Græcis em λέβω & volo & impero significat, vt ait Baptista Piꝫ.

Fide. i. cithara.

Tres Sophiæ partes: Triā punica bella: trimestres

Annorum cæliqꝫ vices: noñisqꝫ per ymbra

Tergemini vigiles: ter clarō instantis heoi

Signa canit serus deprensō Marte satelles.

¶ Tres sophiæ partes. Triplex est philosophia (vt tradit Eusebiꝫ capite primo libri vndecimi de euangelica præpatione) ethica, physica, logica.

Palmā.

Musæ pal
macoronā
tur.

Phia tri-
plex.

FRANCISCVS SYLVIVS

Cicero libro de Oratore primo scribit coherēter. Philosophia (inquit) in
treis partes distributa est: in naturę obscuritatē: in differēdi subtilitatē,
in vitā atq; mores. Per primū phisicē, per alterū logicē, per tertium
ethicē. i. morālē intelligit. Morālē in actione versari, naturālē contēpla
tioni deputari, rationali verū a falso determinari. D. Augustinus libro
de ciuita. de. viii. scribit. Istam philosophię partitionē eodē authore lib.

**Logicę vis
triplex.**

xj. primus Plato inuenit. Omnis logicę disciplinę vis in illis tribus re-
bus cōsistit, vt ait Boethius in cōment. in Topica Ciceronis, aut diffinit
aliquid, aut partiū, aut colligit. Colligendi aut facultas triplici diuersita
te tractat, aut em̄ veris ac necessarijs argumētationib⁹ dispositio decur-
rit, & tū disciplina vel demonstratio dicit, aut tantū probabilib⁹, & diale
ctica nuncupat: aut apertissime falsis, & sophistica. i. cauillatoria vocat.

Tres itē sunt philosophię partes. Vna q̄ immobilia considerat, vt meta-
physica & partim mathematica. Altera, quę mobilia sed incorruptibilia
vt astronomia. Tertia, quę mobilia & corruptibilia, quę physica nomi
natur. Author est Aristoteles libro Phis. ij. Philosophiam autem ethi-
cam omni fere sua parte in tres partes distributam esse attendimus, &
Tria pueris esse necessaria Aristoteles dicebat ingenium, exercitationē,
disciplinam, vt author est Diogenes Laertius lib. v. Apud eundē lib. iij.

**Disciplina
triplex.**

disciplinam triplicem Plato dicebat. Practicē, quę in actione consistit:
qualis est ciuitas, tibiārum cantus, citharę pulsus, & hoc genus alia.
Alter aut effectricē, ex operis effectu appellatam: qualis est ædiū nauū
q; structura. Videre quippe in promptu est opus consummatum. Ter
tiam theoreticē, quę speculatiuaz latine dicere queas, vt sunt geometria,
harmonia, astrologia. Vitę gen⁹ triplex est apud Plutarchū in libro de

**Vitę gen⁹
triplex.**

**Voluptas
Actio.**

**Contem-
platio.**

**Actio.
Aīa ptes.**

**Ratio.
Cupiditas
Iracūdia.**

liberis educandis: actiuum, contemplatiuum, voluptuosum. Hoc sane
dissolutum voluptatisq; mancipium beluarum est & infirmorum ho-
minum. Actiuum si philosophia caruerit, ineptus est, magnisq; delictis
obuoluitur. Speculatiuum ab actiuo seiunctū prorsus inutile est. Ani
mę apud eundem libro quarto de philosophorū placitis tres sunt par
tes: ratio, iracundia, cupiditas. Ratio, vt ait Diogenes Laertius lib. iij.
ex Platonis sententia: sedes est consilij, cogitationis, ac reliquorum hu-
iusmodi. Cupiditas est ciborum vel congressus & hoc genus aliorū. Irra-
cundia doloris, indignationisq; author est. Rationem. i. portionem men
tis optimam Apuleius libro de dogmate Platonis ait capitis arcem tene
re. Iracundiam procul a ratione ad domicilium cordis deductam esse.

Latrinę.

Cupiditatem appetitusq; postremam portionem infernas abdominis se
des obtinere, vt popinas quasdam atq; latrinarum latebras diuersoria
nequitia luxurięq;. Obiter attende latrinās ab Apuleio latine dici: ne in
eorum concedas sententiam: qui eam vocem quasi Barbaram ex latio re
legant. Diuus Hieronymus libro secundo contra Ioninianū. Guttur
nostrum mediatorum efficitur latrinarum. Tribus rebus compara-
tur bonitas, vt est apud Aristoteles capite decimotertio libri septimi Po
liticon: natura, more, ratione. Bona tripliciter partitus est Plato, vt est
apud Diogenem: alia enim posuit in animo, vt iustitiam, prudentiam,
fortitudinem. Alia in corpore, vt pulchritudinem, habitudinem, sanita

**Bonitas.
Bonum
triplex.**

fem, robur. Alia in fortuna, vt patriæ felicitatē, diuitias, amicicias. Amicitiam itidē ponit triplicē: naturalē qua parentes naturę instinctu in liberos afficiunt: cognati se mutuo diligunt, q̄ ad ceteras quoq; aiantes diffundit. Socialē, quā sine vllō cōsanguinitatis vinculo consuetudo sola cōciliat. Hospitalē, qua ex commēdatione literis ve hospitib⁹ iungimur. Triplicē p̄ter hęc diuidit iustitiā. Vna est, n. circa deos: altera circa hoīes. Tertia quæ circa defunctos versatur. Nam qui sacrificia secundum leges faciūt: sacrarūq; rerū curā habēt, ij aduersus deos religiosi ac p̄j existimātur. Qui vero mutua depositaq; reddunt: iusti erga homines sunt. Qui autem vita functis iusta persoluūt, tertiam illam iustitiæ partē exequūtur. Triplicem item est pulcritudo, vt idem author est. Vna laudabilis, vt formosa facies. Altera vsui seruicns, vt domus, quæ præter id q̄ pulchra est vsui nostro accommodata est. Tertia studijs & legib⁹ cōstans, humanę vitę cōmodis maxime cōsulens. Vt autē ad philosophiæ partitionem ternariā tandem redeam⁹ philosophorum qui honesta in re felicitatem collocarūt maximā, triplex est secta: stoicorum peripateticorum hoc est Aristotelicorū: academicorum, i. Platoniorū. Sapientias triplicem M. Cicerō in Lælio dicere videt. Vnam sciētę alicuius exactaz professionem: qualis erat in L. Attilio iuris ciuilibus prudētissimo. Alterā rerum multarū experiētiam ætate multa cōparatam: quā eandē nostri appellant prudentiam, in qua M. Cato Censorius excelluit. Tertiā circa bene viuēdi præcepta ipsiusq; virtutis cognitionē versatā: quaz in Lælio fuisse prædicat. Hos itē tres Attiliū, Catonē, & Læliū sapiētēs cognominatos fuisse significat. ¶ Sophia q; mediā corripit semp Amicus noster Quintianus exemplis cōparat plurimis. Imperitorū tamen vulgus aliter est p̄satum: quum p̄ducere semp aut met. ¶ Tria punica bella. Tria bella Romani in Carthaginieses gessere. Primum de insula Sicilia. Quo in bello Attilius Regulus cōsul Romanus captus est. De quo Polybius tres libros composuit. Alterum qđ Hannibal is qui in patris Hamilcaris manu ante aram Iouis Opt. Max. Carthagine (vt Aemilius Probus author est) iurauerat se cū Romanis i amicicias non rediturū vnq; qđ (inquā) Hannibal in Romanos exuscitauit: gessitq; annos pmultos. De quo Titus Liuius scribit amplissime. Tertiū qđ gerendum esse M. Cato Censorius persuasit: eo q̄ hostē dierū trium navigatione propinquum haberent. Qđ annis tribus confectum est. Alij annos quinque id durasse dicunt. Quo tempore Carthago anno postq̄ condita erat septingentesimo in cineres versa est. Id Scipio animaduertens illachrymas se, illud q̄ Homericum carmen pronunciaffe dicitur. Iamq; dies adertit: quo concidat Iliō ingens.

Et Priam⁹, Priam⁹ ruat plebs armipotētis. A p̄ceptore Polybio interrogat⁹ qđnā sibi vellet carmē: nō aliud respōdit q̄ Romā. Author est Appian⁹ in libro q̄ Libycus inscribit. In quo tria hęc bella punica scribit fuisse: de quibus plura nō dicim⁹, qm̄ apud scriptores p̄pe oēs q̄ de Romana historia aliqd scripserūt: scriptū vulgo iuenias. Tres claros impatores eodem anno decessisse T. Liuius lib. xxxix. scribit Philomenem, Hannibalē, P. Scipionē. ¶ Trimestres annorum celiq; vices. Tertio quoq; men-

Amicitia
triplex.Iustitiæ tri
plex.Pulcritu =
do triplex.Sapientia
triplex.

Sophia.

Punica bel
la.Hannibal
is in Ro
manos
odium.Romę rui
na.Duces tres
Anni tpa.

FRANCISCVS SYLVIVS

Se annus mutatur. hinc annus in partes quatuor diuiditur: ver, æstatē, autumnū, hyemē. quibus quodam anni partibus celi hoc est aeris qualitas mutat. Hoc hexasticho Ausonius hanc anni partitionem profecutus est.

Aethernos menses, & tempora quattuor anni
Quattuor ista tibi subiecta monosticha dicent.

Martius, Aprilis, Maius sunt tempora veris.

Iulius, Augustus, necnon & Iunius æstas.

Septembri, Octobri autumnus, totoque Nouembri.

Brumales Ianus, Februarius, atque Decembris. Singulis enim partibus

sui menses terni tribuunt. Decembris autem in nominandi casu ut nouembris

octobris ac septembris dicebatur, ut auctor est Priscianus lib. vi. Cato de sacri-

ficio omissio. Mense octobri facimus: septembris reliquus erat. Quod autem in codi-

cibus receter informatis decem legatur: id me non preterit: sed exemplar vetu-

stum sequor potius Pythagoras hominis vitam in partes quatuor par-

titus est: in pueritiam, adulescentiam, iuuentam, senectutem. Quarum singulis

annos viginti tribuit. Singulas item singulis anni partibus comparat. Ve-

ri pueritiam: ætati adulescentiam: iuuentam autumnus: hyemi senectutem,

ut auctor est Diogenes Laertius. Super qua re non tacuit Ouidius. Cu-

ius verba licet plura: sed certe lectione non indigna his ex libro Meta-

morphoseos quintodecimo ascribenda curauimus.

Quid non in species secedere quattuor annum

Aspicias ætatis peragentem imitamina nostræ?

Nam tener, & lactens, puerique simillimus æuo

Vere nouo est. tunc herba virens, & roboris expert

Turget & insolida est: & spe delectat agrestes.

Omnia tum florent: florumque coloribus almus

Ludit ager. neque adhuc virtus in frondibus vlla est.

Transit in æstatem post ver robustior annus:

Fitque valens iuuenis. neque enim robustior ætas

Vlla nec huberior: nec quæ magis ardeat vlla est.

Excipit autumnus posito seruore iuuentæ

Maturus, mitisque inter iuuenemque senemque

Temperie medius: sparsus quoque tempora canis.

Inde senilis hyems tremulo venit horrida passu:

Aut spoliata suos, aut quos habet alba capillos.

Nostra quoque ipsorum semper requies sine vlla

Corpora vertuntur, nec quod sumus ve sumus ve

Cras erimus. Hec ille. Annus triplex est, ut ait Seruius in comment. in li.

Aenei. iij. Lunaris dierum. xxx. solaris. xij. mensium, & magnus quem Ci-

cero de natura deorum esse putat trium millium annorum. sed idem ad Hortensium

hunc dicit confici. xij. millibus nongentis quinquaginta quatuor annis. An-

num suum Arcades mensibus ternis explicabant, ut ait Macrobius li-

bro Saturnalium primo. Solaris annus annos tres Hispanorum com-

plebat, ut in eoque auctor est Xenophon. Apud Aegyptios (ut ait Dio-

dorus libro primo) tria fuerunt anni tempora ver, æstas, hyems. Pro-

pter quæ tempora Mineruam quam aerem esse putant: ter geminam appellauerunt.

Aetates ho-
minis qua-
tuor.

Anni par-
tes.

Minerva
ter gemina

Hanc temporis diuisionem ternariam Martianus Capella libro septimo significat. In tria (inquit) se spatia tēporis cursus alternat. Orpheus in hymnorum libro, vt ait Marfilius Ficinus in epistolis: tradit Apollinem fidibus canoris. i. motibus viribusq; suis omnia temperare. Hepate. i. voce graui hycem. Ncte. i. acuta astatem. Dorionibus. i. medijs vocibus ver, autumnūq; producere. Qd̄ a proposito nostro non est alienum. ¶ Nctisq; per vmbra[m] tergemini vigiles. Vt dies ita noctes singulas ab antiquis factas esse horarum. xij. quæ pro diebus aut noctium breuitate aut magnitudine auferantur vel diminuerentur in precationem matutinam Ausonij dicimus. Nox autem in vigilias quatuor diuiditur, quæ singulę triū horarum spatio supputantur. vt ait D. Hieronymus in epistola ad Cyprianū. Huiusmodi vigiliarum crebra in scriptura memoria est. Cicero si modo. Ciceronis illud est opusculum, aliquanto scribit fufius. Cuius verba ex libro de disciplina militari his ascribo. In prælio (inquit) & singulis centurijs quaterni equites & quaterni pedites excubitu[m] nocte faciūt. Quia impossibile videt in speculis vigilantis singulos permanere: ideo in quatuor partes tesseram assumūt diuisę vigiliæ: vt non amplius q̄ tribus horis nocturnis necesse sit vigilare. A tubicine omnes vigiliæ admittuntur: finitis horis a cornicine reuocātur. Hæc ille. Eadem fere verba Vegetius, capite octauo libri tertij, de re militari vsurpat: vbi ad clepsydram diuisas esse vigilias dicit. Ex clepsydri enim prius q̄ inuenta fuissent horologia horæ dignoscēbātur. Latini in vigilias primam & secundam vsq; ad noctē mediam: indeq; in tertiam & quartam, noctem diuidere solent. Vigiliarū circuitiōnem Palamedes inuenit primus: vt auctor est Darhes Phrygius. Ideoq; sermonis improprietas visa est. vt sit noctis per vmbra[m] tergemini vigiles. i. vigiles per noctis vmbra[m] tergemina. i. ternas horas noctis. Diei itidem tres sunt partes: oriens, merides, & occidēs. ad quas partes oculorū pupillæ felis masculi mutari solent, vt ait Orus Niliacus. Oblongę enim fiunt mane ad ortū solis, rotundę ad meridiē occidēte sole obscurę. Scarabeorū tria quū sint genera, ij qui felis forma sunt, qui digitulos habent. xxx. soli dicantur, propter eam felis formā. Alij qui sunt bicornes, forma tauri, lunæ, qui vnicornes, Mercurio dicantur. Vigilibus ipsis, alijsq; militib⁹ tria sunt signa: vocalia, semiuocalia, muta. Vocalia, semiuocaliaq; auribus, muta oculis percipiūtur. Vocalia dicuntur quæ humana voce p̄ferūtur. vt in vigilijs p̄ signo dicitur: virtus, palma, victoria, fortuna, triumphus, aut quoduis huiusmodi, quæ dare solet. is, qui in exercitu potestatem habet maximā. Semiuocalia sunt quę per tubam, aut cornua, aut buccinā danſ, quibus cognoscit exercitus stare ne an p̄gredi, an regredi oporteat: an itē fugiētes longe p̄sequi: an sese recipere. Muta signa sunt vexilla: vt tria Gallorum lilia. Romanorū aquilæ, dracones, minotauri. Quocūq; enim hæc ferri dux iusserit: milites signum suum comitantes vt pergant necesse est. Quoniā, autē militaris rei hic nos meminimus, dicendū putamus tria fuisse apud Romanos veteres in bellis gerēdis militię gr̄a, vt Seruius in cōmētario libri octauo Aeneidos meminit. Nam aut legitima

Vigiles.

Signa militaria.

Militię genera tria.

FRANCISCVS SYLVIVS

- Legitima militiā.** erat militiā, aut cōiuratio, aut euocatio. Legitima erat, quū singulū miles se pro republica facturū: nec ab exercitū nisi militiē tpe completo discēssurū iurabāt. Tumultus quū ex hostiū & periculi vicinitate timor erat multus. Quia vero singulos interrogare nō vacabat, qui dū cōstitutus erat exercitū, ad Capitoliū adibat, exinde vexilla duo p̄ferbat. Vnū roseū quo pedites euocabat. Alterū cærukū quod erat equitū. Nā cæruleus color est maris: a cuius deo equū putāt inuētū. Dicebat is, qui vult rēpublicā saluā esse me sequat̄. Qui ergo cōuenērāt, hi simul iura
- Cōiuratio Euocatio.** bāt, Quia ex re militiā hęc cōiuratio dicebat. Erat & euocatio quū ad diuersa loca diuersi mittebant̄ ad cogēdos milites. Hęc Serui⁹. De tumultu Budeus noster rarū Galliē totius in literis ornamētū in annotationibus in Pandectas nō scite magis quā elegātē excribit. Tres itē fuisse bel-
- Missiones belloꝝ tres** lorū missiones ex prioribus Baptistę Pij annotationibus didicim⁹ honestā, causariā, ignominiosam. Honestā quū bello cōfēctio milites dimittūtur. Causariā quū quis animi vel corporis vitio min⁹ idoneus a militiā discedit. Ignominiosa quū p̄pter delictū aliquod quō militiē sacramēto soluit. In bello indicēdo tres adhiberi solitū esse pueros. T. Liuius libro primo scribit. Victi hostes sub iugū ita mitti solebāt. Trib⁹ hastis iugū fiebat. Humi em̄ duę figebātur, sup̄q; eas vna transversa deligabatur. sub ijs victos discinctos ereptis omnibus armis telisq; victores transire cogebāt. Authores sunt idem Liuius libro. iij. & Sex. Pōpeius.
- Iugum & sub ipsum missio.** **C**Ter clara instātis heoi &c. Gallus gallinaceus adueniēte die ter canit. Quam rē ne tu nescias altius repetimus. Veneres tres sunt apud D. Augustinū libro de ciuitate dei. iij. Vna virginū quā Vestā dicūt: alia cōiugatarū: alia meretricū. Cui etiam phœnices donū dabant de profuturione filiarū anteq̄ nubent. Licet Plato duas tantū Veneres fuisse dicat in Symposio: vnā cęlestē Cęlo sine matre natam, quę honesto amorī pręest. Alteram vulgarem Iouis & Diones filiam, quam turpis amor comitatur. Cicero tamen in libro de natura deorum tertio plures enumerat. Tertiam autē Ioue & Dione natam, quę Vulcano nupsit. Amore cuius Mars inflāmat̄ est. Erat autē adulescētulus quidam nomine Gallus Marti adamat̄us: cū deo cōpotans collusitanq; & in voluptatibus morē gerens. Quū igitur ad Venerem cum ea cubiturus Mars adit: hunc quoq; Gallum secum adducit. Quoniā solem Mars prę ceteris metuebat, ne si e sublimi despiceret, Vulcano se p̄deret: adulescētulū foris ad hostiū relinquit: indicio cuius fiat certior: quādo sol oriretur. Gallus aliquādo somno correptus excubias imprudēs deserit. Sol itaq; ortus pręsentē nullo Martem & Venerem secure dormiētes dephēdit: dephēntos Vulcano indicat. Vulcanus vinculis his quę ad hoc pridem fabricatus fuerat irretit atq; implicat: deosq; omnes reliquos ad nouę rei spectaculū puorat. Mars simul ac dimissus est: aduersus Gallū indignat̄, quē in aurem sui nois trāsmutat: cuius in capite pro galea cristam relinquit. Hęc ob rem galli gallinacei vt Marti se purgēt simul atq; solem ad superos redeūtem sentiūt (quū iam nihil opus est) vltra vociferantur, ortūq; illius multo ante tempore prænūciāt. Author est Lucianus in Dialogo qui Gallus inscribitur. Vnde a gallorum cantu
- Veneres tres.**
- Veneres duę.**
- Mars Venerē amat.**
- Gallus.**
- Veneris cū Marte adulteriū.**

gallciniū dicimus. Nam vt Censorinus ait cap.xix.tēpus qđ mediæ nocti pximū est vocat a mediā nocte. Sequit gallciniū,quū galli canere incipiunt. Cōticiū quum conticere. Tres Marti dedicant aiantes Lupus,serpens,Gallus. Gallū Marti immolabāt Lacedemonij tuz: quum aperto Marte hostē superauerant. Bouem autē mactabāt:si stragemate hoc est militari calliditate succubuerat hostis. Authōr est Plutarchus in libro Lacedemonioꝝ institutis. Gallum plumis albis Ioui esse sacrū. Ideo ab eo abstinēdū. Mensi quoq; sacratū esse. Nā horas significat:credidit Pythagoras, vt libro octauo meminit Diogenes Laertius. Gallos autē sub Martis tutela esse eo qđ Cicero lib.de diuinatiōe.j.tradit cōprobari potest. Thebani (inqt)quū pugnaturi eēt cū Lacedemonijs: eaꝝ rōne sacra facerēt:gallos gallinaceos eodem in loco assidue sic canere coepisse ferunt, vt nihil intermitterēt. Augures vero dixisse victoriā esse Thebanorum:propterea q̄ auis illa victā filere solet:canere si vincat.

¶ Instantis heoi. i. diei appetētis, pperātis, quasi fores pulsantis eōs em̄ & ἠώς aurora oriens dicitur. ¶ Signa canit ad signa castrensia alludit.

¶ Serus. i. quū nihil opus erat amplius:nam tū dormiebat quoz canere oportebat.

¶ Depræhenso Marte. i. postq̄ a sole Mars depræhensus est.

¶ Satelles. i. comes Martis. Satellites enim dicuntur ij, qui precio cōduti ab imperatore non discedunt, quos latrones quasi laterones authōre Seruio appellauit antiquitas.

Gallciniū
Cōticiū.
Marti sacra aialia.

Gallorum cantuz esse boni omnis.

Et quī conceptus triplicatæ vespere noctis

Iussa quater ternis suspendit opima trophæis.

¶ Quo tēpore cum Alcumena Iupiter concubuit:tres noctes in vnam coniunxit:vnde natus est Hercules:cuius labores sunt duodecim.

¶ Quū Amphitryo Alcei filius cū Pterela rege Theleboarū bellū gereret Iupiter Amphitryoni omnino psimilis cuz Alcumena concubuit:tresq; noctes in vnā cōiūxit. Maximū roboris futuri indicū:tpis tantuz in eo puero creādo esse impēsū. Super qua re Plautina est fabula, cui titulus est Amphitryo. Adueniente autem die partus in deoz̄ confestu Iupiter dixit:eum fore Argiuorum regem:qui ea die nasceretur. Iuno pellicibus suis natisq; ex pellicibus irata filiam Lucinam sollicitat:q̄ Alcumena partum comprimat:eo die ne pareret:Euristheumq; ante partitionis tempus in lucem ederet. Elusus cōsilio & opinione Iupiter Euristheuz̄ quidem regnaturū, Alcumenaq; filiuꝝ illi pariturū atq; certamina duodecim que Euristheus imperasset absoluturum dicit: quibus confectis immortalitatem assecuturū. Natus puer ex aui nomine Alcæus est appellatus. Sed quum dracones duos (quos perdendi eius gratia Iuno miserat)manibus apprehensos suffocasset:Herculeus quasi Iunonis gloria, hoc est ex Iunonis inuidia gloriam sibi comparans:deinde Hercules appellatus est. Authōr est Diodorus libro quinto:vbi de Hercule eiusq; laboribus duodecim non paruz̄ multa prosequitur. Sed idem libro primo eum fuisse appellatum Herculem dicit:non q̄ propter Iunonē gloriam assecutus sit: Sed quia Herculis illius prisci virtutem imitat? sit.

Herculis genefis.

FRANCISCVS SYLVIVS

- Hercules tres.** Tres enim fuisse Hercules Volaterranus in Theogonia ex Diodoro numerat: Vnū Aegyptium antiquū pro deo ab eisdem habitum: q̄ subacta magna orbis parte in Africa posuit columna. Alterū Cretēses, q̄ Olympicum certamen instituit. Tertium Thebanum ex Alcumena, cui ex rerum gestarum nominisq̄ similitudine Euristhei labores & columnæ in Europa fixæ tribuuntur: tanq̄ vnus fātū si fuisset. Cicero in libro de natura deorū tertio sex ponit Hercules: sed hunc Alcumena filium ex Ioue tertio p̄genitū fuisse memorat. Virgiliana quædam sunt de Hercules laboribus duodecim monosticha: quæ his ascribimus.
- Prima Cleonēi tolerata æt̄umna leonis.
 Proxima Lernęam ferro, face contudit hydram.
 Mox Erymanthęum vis tertia perculit aprum.
 Aripedis quarto tulit aurea cornua cerui.
 Stymphalides pepulit volucres discrimine quinto.
 Threiciam sexto spoliavit Amazona baltheo
 Septima in Augeis stabulis impensa laboris.
 Octaua expulso numeratur adorea tauro.
 In diomedęis victoria nona quadrigis.
 Gerione extincto decimam dat Hiberia palmam.
 Vndecimum mala Hesperidum distracta triumphum.
 Cerber⁹ extremi suprema est meta laboris. Hęc ille. Nostro tñ Aufonio carmina hęc multi adiudicāt. In carmine septimo esse mendū attēdim⁹. Vbi em̄ Argei legebat̄ mutata vna litera Augeis legendū esse putamus. emēdabīs itē vulgatiores Diodori codices: vbi in libro quinto scriptum sic inuenio. Posthęc in Hercules cōtemptū p̄cepit Euristheus vt aulā Aegēi nemine adiuuātē purgaret. Augei nō Aegēi reponas. De Augei stabulis apud Lucianū Erasmo doctore latine loquētē in Alexandro ita scriptū est. Augei bubile si non omne: at certe p̄ mea virili repurgare nitar. paucis aliquot elatis cophinis nimirū vt ex his cōiecturā facias: quantus, q̄q̄ immēsus fuerit simus vniter sus: quem ter mille boues multis annis reddere potuerit. Erasmus tñ in adagioꝝ collectaneis Augię stabulū repurgare dicit. Qđ est puerbiū in rē maiore in modū inquinatā: vel in rē eā q̄ nimij sit laboris. quæve quū multi sit laboris: industria tñ facile absoluit. Nā vt ait Cicero in Catone maiore. Nō virib⁹, aut velocitatibus, aut celeritate corpōꝝ res magnę gerunt: sed cōsilio, auctoritate & sentētia. Rationē ex libro Diodori quito collige. Quū aut̄ leones duos Hercules (vt ait Lactantius) interfecerit: vnū in Bœotię mōte Theumeso: Alterum in Nemeo mōte Arcadiæ: ambiguum est cuius tergore pro veste vsus fuerit Hercules. Diodorus Nemeęū leonē primū fuisse Hercules laborē: eiq̄ vestem dedisse scribit. Stathij tñ aliter sentiētis v̄ba huc apponimus: quæ sunt hęc ex libro Thebaidos primo.
- Tergo uidet huius inanem
 Impexis vtrinq̄ iubis horrere leonem
 Illius in speciem: quem per Theumētia tempe
 Amphitryoniades fractum iuuenilibus armis
 Ante Cleonēi vestitur p̄zalia monstri.

Hercules tribus coronarū generibus coronatur. Authore Tertuliano in libro de Corona militis nunc populum capite præfert, nūc oleastrū, nunc apium. Impossibilia tria ex Macrobij libro. iij. scribimus obiter Ioui fulmen, Herculi clauā. Homero versum subtrahere. ¶ Vespere. i. tempore. ¶ Iussa quater ternis suspendit opima trophæis, hoc est suspēdit opima spolia in trophæis duodecim, quæ iussus fuerat ab Euristheo exequi. Trophæum enim (quod Græci τροφαίον dicūt) est id quod in loco publico statuitur in victorię testimoniū, a victis hostibus in fugā agitatis appellatū. Nā τροπέω retrouerto. & τροπή cōuersio dicitur. ¶ Opima spolia ab Ope Saturni vxore dicitur. Saturnus em̄ agrorū cultor est: falcēq; in manu tenere effingit, quæ insigne est agricolę. Ops ita quæ terra esse existimatur. Ergo opulētī dicitur terrestribus reb⁹ copiosi. Hostię opimę sc̄ipue pingues. Opima magna & ampla. Vnde spolia quoq; quæ dux populi Romani duci hostiū detraxit: quorū tāta est raritas, vt intra annos pmultos trina tantū nomini Romano contigerint. Vna quæ dux Romulus de Acrone Ceninensium rege. Altera, quæ Cossus Cornelius de Tolumnio Larte Veientū rege. Tertia, quæ M. Marcellus de Viridomaro rege Galloꝝ fixerūt. M. Varro ait opima spolia dici etiā si manipularis miles detraxerit: dū mō duci hostiū detraxerit. In libris pōtificū memorię pditū p̄ primis spolijs boue, p̄ sc̄dis solitaurilibus, p̄ fertijs agno publice fieri debere. Opimorū spoliōꝝ lex erat, vt p̄ primis spolijs Ioui feretrio boue, p̄ sc̄dis Marti solitaurilibus, p̄ fertijs Iano Quirino agno masculo sacra fieri oporteret. Hęc ex Sexti Pōpeij codice maiore adeo mutilato: vt ex multis pauca vix integra decerpe potueri.

Herculis coronę.

Trophæū.

Opima spolia.

Volūniū appellant alij.

Et lyrici vates numero sunt Mnemosynarum:

Treis solas quondam tenuit quas dextera Phocbi.

Sacrauit toties ternas ex are Cytheron.

Relligione patrum qui sex spreuisse timebant:

¶ Nouem poetæ Lyrici apud Græcos fuere: quot etiam musę fuisse tradūtur. Nouem fuisse lyricos poetas Quintilianus libro Institutionū oratoriārū decimo testatur tum quū dicit Pindarum lyricorum no-rem fuisse facile principem. Quod idem Ausonius hoc disticho. Lesbia pierijs Sappho soror addita musis:

Lyrici poetæ.

ἐννέα τῆ λυρικῶν, ἑκὸν δὲ τῶν Δέκτῃ. Eos autē nominatim appellat Domitius Chalderinus. Pindarū, Alcęū, Sappho, Stesichorū, Anacreon tem, Bychum, Bacchilidem, Alcægenem, Simonidē. Ex his Pindarus fuit Thebanus. Quū Thebas ferro igniq; depopularent Macedones, Pindari vni⁹ tectis ac familię ppter eius musas vt parceret Alexander iussit, vt Arrianus libro de gestis Alexātri primo & Plinius capite vice simo nono septimi libri meminerūt. Erat enim beatissimi rerū verbo- rūq; copia, & velut quodā eloquentiæ flumine superfluens. Qui quū in gymnasio super gremiū pueri quo vno delectabatur capite posito quieti-

Pindari Poetę laus

FRANCISCVS SYLVIVS

- se dedisset: nō prius deceffisse cognitus est, q̄ gymnasiarcha claudere eū iam locū volēte nequicq̄ excitaret, vt ait Valeri⁹ lib. ix. titu. de morte nō vulgari. Alcęus Mithyleneus n̄go i articulo pueri quē amabat delectatus æolice scripsit. Qui in pte opis (vt in eodē decimo tradit Quintilianus) aureo plectro ideo donat, q̄ tyrānos insectat. fuit i eloquēdo breuis, magnificus, diligēs. Sappho Mithylenea poetica arte claruit mirādū in modū eo spe quo Pittacus, Alcęus, Antimenides claruerunt: quo sēpore mulier ne minima qdē ex pte illi cōparāda fuit. Author est Strabo libro. xiiij. Alia pmulta in eius cōmēdationē Chalderinus in cōmētarijs ep̄larū Ouidij tradit. Stefichorus (in cuius infantis ore Philomela cecinit) bella scripsit doricę: ingenii cuius validū Quintilian⁹ celebrat. Helenā carmine suo sugi illauit: in eāq̄ acriter inuectus est: quocirca ex cęcatus oculoꝝ p̄didit officiū. Quū vero cęcitatē suę causā edoc̄⁹ est: palinodiā concinnauit: hoc est quā vituperauerat laudauit. taq̄ visus ei redditus est. Author est Isocrates in oratione de laudibus Helenę. Anacreon Theius puerū Batyllū dilexit, qui acino vix passē strāgulatoris est. vt tradit Plini⁹ capite septimo septimi libri. Bychus Rheginus Dorice scripsit. Ibycum nō bychū apud Ciceronē lego. Eius verba sunt ex libro Thufculanarū q̄stionū. iij. Quid deniq̄, inquit, homines doctissimi & summi poetę de seipsis & carminibus edant ex cantibus fortis vir in summa rep. cognitusq̄ de iuuenū amore scripsit Alcęus. Nā Anacrotis qdē tota poesis est amatoria. Maxime vero omnū flagrasse amore Rheginū Ibycum apparet ex scriptis, atq̄ horū omnū libidinosos esse amores videmus. Hūc itidē Volaterranus dicit Ibycū. Bacchilides Ceus Melonis filius fuit. Simonides sermone proprio ac iucunditate quadam commendari potest. præcipue tamen in cōmouenda miseratione eius virtus est, vt quidam in hac eū parte omnibus eiusdē operis præferant. Author est Quintilianus. Vbi vero testem nō citamus: ex Chalderino in cōmentario libri quinti Syluarū Statij desumpsim⁹. Volaterranus in grammatica præter hos nouem Corinnam nominat. ¶ Numero sunt Mnemosynarum. i. musarum: quæ Mnemosynes filię sunt. i. memorię. μνημοσύνη enim memoria Græcis dicitur. Quę eadē μῦσικη appellata est, q̄ in anima non agitatio est, sed μῦσικη. i. quies stabilisq̄ p̄mansio. vt ait Plato in Cratylo. ¶ Triplex est apud Ciceronem musarum genealogia in libro de natura deorum tertio. Primæ enim natæ sunt quatuor ex Ioue secundo & Theximone. Secundę nouem ex Ioue tertio & Mnemosyne. Tertiæ ex eodem Ioue tertio & Antiopa nouem natæ sunt: quas pieridas pieriasq̄ poetæ appellant: n̄ominibus iisdem quibus & superiores dicūtur. Alcmæon (vt ait Diodorus libro quinto) musas Cęli & Terræ filias esse putauit. ¶ Tres solas quondam tenuit &c. Musas fuisse numero nouem licet scriptorum, pars melior asseueret: non tamen desunt viri doctissimi, qui tres tm̄ esse crediderint. Nam M. Varro tres tantum numerat. Vnam quæ ex aqua nascitur motu. Alteram quæ aeris ictu sonos conficit. Tertiam quæ mera tantum voce consistit. Censorinus itidem capite sexto & vicesimo tres nominat. Organum (inquit) tres habuit intensiones, grauem, mediam
- Alcęus.**
- Sappho.**
- Stefichor⁹**
- Palinodiā cantare.**
- Prouerbium.**
- Anacreon.**
- Bychus.**
- Ibycus.**
- Bacchilides.**
- Simonides.**
- Musarum genealogia**
- Alcmæon.**
- Musæ quot sint.**
- Organi intensiones.**

acutam. Inde musæ quoq; tres olim sunt æstimatæ, Hypate, Mese, Nete, ὑπάτη. i. chorda tenoris infimi: μέση media: ῥήτη chorda soni acuti. Lilius Gregorius in Syntagmate ex Pausiana tres item numerat. Vnam μελέτην. i. meditationem. Alteram μνημοσύνην. i. memoriam. Tertiam ὠδήν. i. cantilenam. Vnde musarum orta opinio sit Diodorus Syracusius libro primo ad hęc scribit sententiã. Osiris (inquit) rex Aegypti musicis atq; choreis delectari solitus esse dicitur: quapropter eum musicorum multitudo sequebatur. Inter eos nouem fuere virgines adolescentule quum rerum aliarũ, tum canendi peritæ, quas postea Græci appellauerunt musas. Has Apollinem docuisse dicunt, qua ex re musicus dictus est. Aliam tamen rationem huic nostræ rei coherentiorem, vnde sit opinio eorum qui nouem esse putant, Diuus Augustinus memorię prodit. Cuius verba hæc sunt ex libro de doctrina Christiana secundo. Non audiendi sunt (inquit) errores gētilium superstitionũ, qui nouem musas Iouis & Memorix filias esse finxerunt. Refellit Varro, quo nescio vtrum apud eos quisq; taliũ rerũ doctior vel curiosior esse possit. Dicit enim ciuitatem nescio quã (nec enim recolo nomen) locasse apud tres artifices ternas simulachra musarũ, quæ in templo Apollinis dono poneret: vt quisquis artificum pulchriora formasset, ab illo potissimũ emeret. Itaq; cõtigisse vt opera sua illi artifices æque pulchra explicarent. Et placuisse ciuitati omnes nouem, atq; omnes emptas esse, vt in Apollinis templo dedicarentur. Quibus postea dicit Hesiodum poetam imposuisse vocabula. Non ergo Iupiter nouem musas genuit, sed fabri tres ter ternas fecerunt. Tres autem propterea illa ciuitas locauerat, non quia in somnis eas viderat, aut tot se cuiusq; illorum oculis demonstrauerant, set quia facile erat animaduertere omnem sonum (qui materies cãtilenarũ est) triforem esse naturam: aut enim editur voce, sicut est eorũ qui faucibus sine instrumeto canunt: aut flatu, sicut tubarũ & tibiaram: aut pulsu, sicut citharis, & tympanis, & quibusdam alijs, quę pecutiendo sonora sunt. Hęc ille. Quibus ex verbis illos in Cytherone ea nouem musarum simulachra collocasse coniectem: Ausoniumq; superstitione quadam eas positas autumasse. Vel ab alijs qui nouem fuisse audierant, qui trium tantũ simulachra in Cytherone posita esse videtes sex alia posuerunt. Sacrauit toties ternas ex gre Cytheron. Ita scriptũ inuenio in codice Aldino: quæ lectio mihi probator est. Quã em legatur in codicib⁹ prope reliquis, sed Cytheron toties ternas ex gre sacrauit, mēdose legi indicio est syllaba media vocabuli Citheron, quę longa diphthongo est. Nō desunt qui legẽdũ putet, sed Cicero toties ternas ex gre sacrauit. Nusq; legi a Cicerone id factũ esse quis is scribat libro epistolarũ septimo ad M. Fabiũ Gallũ emere se solitum signa quę ad similitudinem gymnasiarũ exornent sibi in palestra locũ, hoc est bibliothecas. Ea autem signa musarũ erant, aut Mercurij, aut Mineruę. Idem Hermathenã Mercurij Mineruęq; statuã appellat. Libro em epistolarũ ad Atticũ primo. Quod ad me, inquit, de Hermathena scribis, per mihi gratum est, ornamentũ Academicæ meæ, q̄ Hermes cõmune omnium, & Mineruæ singulare est insigne eius gymnasiij. Quare velim, vt scribis, ceteris quoq; rebus q̄ plurimis eum locũ ornes.

Musę tres.

Earũ vnde opinio.

Varronis laus.

Sonus triplex.

Hermathena.

FRANCISCVS SYLVIVS

- Musæ in parte dextra Apollinis.** ¶ Tenuit quas dextera Phœbi. Marsilius Ficinus de musis Apollinem in dextera parte comitâtibus hæc verbis loquitur in epistolis. Orpheus (inquit) delphicos aliquâdo lucos ingressus oraculū consulturus obuiū statim quasi iâ expiatus Apollinem habuit. Quicūq; nouem musas tresq; gratias comitâtes cōminus aspexisset, ad sinistrā autem quis eminus sequētes picas & furias, admirabūdus exclamauit altius. O q̄ diuersi (inquit) ducem hunc sequuntur exercitus. Set noli o vates mirari Phœbus ait. Nempe cotidie multi mihi sacrificāt, qui musarum a me gratiarūq; munera impetrent. Ergo quicūq; sacra puris manibus nobis faciūt, musas a nobis gratiasq; gratis accipiunt. Quicūq; vero sacra manib⁹ pollutis atrectare audent, picas & furias inuiti reportant. Hęc ille. Macrobius libro Saturnaliū primo tradit simulachra Apollinis manu dextra gratias gestare: arquū vero cum sagiptis sinistra. eo q̄ ad noxam sit pigrior, salutemq; dextra manus largiatur promptior. Quam eandē causam accipe: quæ in parte dextra musæ sint collocatę. Pyrrhus Epirotarum rex, is qui cum Romanis bellum gessit achatem habuisse dicitur: in quo nouem musæ & Apollo citharā tenens spectaretur: nō arte, set sponte naturæ ita discurrentibus maculis, vt musis quoq; singulis sua redderentur insignia. Authoꝝ est Plini⁹ capite primo vltimi libri. Ideoq; appellatus est Apollo μουσαργετης quasi musarum dux. Lilius Gregori⁹ tradit Herculem quoq; μουσαργετης ideo esse appellatum, q̄ cum musæ comitarentur. Nam musarū quies Herculis defensione, ac virtus Herculis musarum voce iuuanda est. Quę est fortasse ratio quæ Herculi & musis aram cōmunē statuerit Euander, fueritq; Romæ templū Herculis & musarū, vt ait Suetonius in vita Augusti: licet Plutarchus in Problematis eam fuisse causam dicat, q̄ Euādrum literas docuit Hercules: honorificum enim amicos & propinquos erudire putauit antiquitas.
- Cytheron.** ¶ Cytheron saltus est in Bœotia apud Thebas poetarum fabulis carminibusq; celeberrimus: vt authoꝝ sunt Solinus capite decimo quarto, & Pōponius Mela libro secūdo. Probus grāmaticus tradit in Cytherone arcana Liberi patris sacra tertio quoq; anno celebrari, quæ trieterica dicuntur. Existimatur autem Liber esse cum musis: ideoq; ex Hedere ei⁹ fronde Poetas coronari. Treis igitur deos musæ comitantur, Apollinē, Herculem, Liberum patrem. Illud autē scrupulum fortasse iniicit: quid est q̄ musas a fontibus aut montibus Bœotia appellēt Poetę, quum Bœotios crassum habentes aerem, crassum quoq; corpus habere Cicero in libro de fato dicat: quā ob rem crassum habent & ingeniu. Vnde prouerbialia illa Bœotica sus, Bœoticum ingenium Erasmus insēcit in stolidos homines, bardos, brutos, indoctos, quales Thebani fuisse perhibentur. Ratio igitur est, vel quia fons Aganippe qui in Bœotia est potantibus faciū diam ingenerare putatur: vt Solinus meminit. Quēadmodum fons est prope Gentiliacum, aqua cuius epota ingenium reddi clarius vulgo per suasum est: iccirco fontem clericorum vulgus eum appellat. Eum otij fontem appellamus, propterea q̄ enarrandi authoribus, erudiendisq; iuuenibus defatigati ad eū animi gratia tã sepe itamus, vt iā Syluij fontem multi appellēt. Vel quia Cadmus literas (quarum musę sunt præ-
- Musæ cum Hercule.**
- Hedera poetę quæ coronatur.**
- Bœotica sus.**
- Bœoticū ingeniu.**
- Fons clericorū otij & Syluij.**

fides) in Bœotiam primus attulisse traditur. Vel quia Linum Thebanū eas inuenisse putant. Author est Cor. Tacitus libro vndecimo. ¶ Religio ne. i. Superstitione: quum tamen aliud sit religio aliud superstio. Cicero libro de Deorum natura primo. Horum sententiæ omnium non modo superstitionem tollunt: in quo inest timor inanis deorum: set etiam religionem: quæ deorum cultu pio continetur. Vnde dicta sit religio: anceps est quæstio inq̃ tris partes a viris prudentibus arbitrata. Cicero a relegendo dictam esse vult. Cuius verba (quæ item inter relegionem atq̃ superstitionem differentiam ponunt) ex libro eodem quem dixeram huc ascribo. Non (inquit) philolophi solum verum etiam maiores nostri superstitionem a religione separauerunt. Nam qui totos dies precabatur & immolabant: vt sui sibi liberi superstites essent superstitioni sunt appellati: quod nomen patunt postea latius: Quia autem omnia quæ ad cultum deorum pertinerent: diligenter retractarent: & tanq̃ relegerēt: sunt dicti religiosi ex relegendo: vt eligentes ab eligendo: & tanq̃ deligendo deligentes: ex intelligendo intelligentes. Diuus tamen Augustinus capite quarto libri decimi de Ciuitate dei a religendo quasi reeligendo religionē dici putat: quum enim deum negligentes amiseramus: diligendo reeligimus. Lactantius capite vicesimo octauo libri quarti a religendo religionem dici autumat: eo q̃ pietatis vinculo obstricti deo sumus: & quasi religati. Quarta superest opinio: q̃ est A. Gellij capite nono libri quarti & Macrobij libro Saturnalium tertio: qui putant religionem dici quæ propter sanctitatem aliquam remota sit ac seposita a nobis quasi a relinquendo dicta sit: vt a carendo cerimonix: vt religiosa templa quæ vulgo dicunt deuotiosa: sed religiosus dies est quem propter ominis diritatem relinquimus. ¶ Qui se spreuisse timebant. Codices alij etiam vetusti perijisse habent: quod non est abijciendum.

Religio vn
de dicatur

Supstio
sus.

Trina terentino celebrata trinoctia Ludo.

Qualia bis genito Thebis trieterica Baccho.

Tres primas Thracum pugnas. tribus ordine sellis

Iuniada: patri inferias misere sepulto.

¶ Trina terentino &c. i. Terētini ludi tribus noctibus celebrabatur: vti trieterica tribus diebus. Terētini ludi quo fuerint modo primitus instituti non eadem est omnium opinio. Politianus capite quinquagesimo octauo Miscellaneorum in hanc defleat sententiam. Quum (inquit) bellū inter se Romani Albanique gererent: inq̃ procinctu staret vtraq̃ acies: astitit repente quidā monstrōsa specie pelle amictus furua vociferās: iurare Ditem patrē deamq̃ Proserpinam fieri sacrum sibi prius: q̃ preliū cōmitteretur. Quo viso perterriti Romani p̃tinus aram sub terra ædificant: sacrificio natim facto pedum viginti aggere cōtegunt: vti omnibus nisi Romanis ipsis esset ignobilis. Censorinus capite sexto ex M. Varone scribit. Quum multa (inquit) portēta fierēt: murusq̃ ac turris quæ

Terentini
ludi.

FRANCISCVS SYLVIVS

sunt inter portam Collinam & Esquilinā: de cælo tacta esset: ideo libros Sybillinos quindecimviri cōsulerunt: renunciantq;: vti Diti patri ac Proserpine ludi Terentini in campo Martio fierent tribus noctibus: & furuq; hostiæ immolarentur: vtq; ludi centesimo quoq; anno fierent. Ea est ara quam Valerius Sabinus inuenit: ibiq; continuis tribus noctibus sacra ludosq; & lætisternia fecit: quia tres sui liberi adusq; medicorum desperationem peste laborantes ibi curati fuerant: vt scribit copiose Valerius libro secundo titulo de Institutis antiquis: a quo putat ludos Terētinos fuisse institutos. Super ea re igitur triplex est scriptorum sententia.

Terentus. ¶ Tarentum locum illum in campo Martio vbi ara in fossa erat appellare videtur Valerius: set Terētum scriptum inuenio apud Beroaldum in annotationibus, apud Censorinum capite sexto, apud Sextum Pompeium, cuius verba sunt. Terētus (ingr) locus in cāpo Martio dictus: q; eo loco ara ditis patris in terra occultaret. A terra igit dictus est Terentus. Teram autē a terēdo dictam vno r in libris Augurum scribi author est M. Varro libro de lingua latina primo Ludi Terentini ijdē sunt qui & seculares: quos cētesimo quoq; anno fieri M. Varro scribit. Cēforinus tamen ex quindecimviroꝝ cōmentariis & ex edicto Augusti cētesimodecimo quoq; repeti author est: adeo vt Oratius Flaccus in carmine qd de secularibus ludis cantatum est hoc modo designauerit.

Certus vndenos decies per annos
Orbis: vt cantus referatq; ludos
Ter die claro totiesq; grata
Nocte frequētes. Diuus Augustinus capite duodeuicesimo libri tertij de ciuit. dei alios esse dicit ludos seculares & alios terētinos. Dicti aut sunt seculares: q; plerūq; semel fiāt hominis etate: vt multa alia q̄ raro sunt: post seculū euenire vsurpat eloquentium cōsuetudo: De seculo ludisq; secularibus legere possis amplius apud Censorinū Capitis sexto & decimo quarto. Inferis item Ludi Tauri celebrant: vt id obiter dicamus. Tauri quoque em Superbo regnāte magna in grauidas mulieres incidit pestilentia: quæ ex carne a populo Taurorum diu vendita creata est. In deorum igitur inferiorū honorē ludi qui ob id Tauri appellarent instituti sunt. Author est Sext. Pompeius. ¶ Trinoclia autem potius q̄ tridua appellantur: licet diebus tribus vt noctibus celebrata sint: qm̄ diis inferis (quorum nox est) hi ludi instituti sunt. Ludos autē celebrandi qui mos fuerit Politianus in Miscellaneis memoriæ pdit. Vbi (inquit) iā aduenit dies festus triduum trinocliūq; sacris intenti in ripa ipsa maxime Tyberis agitabant. Sacrificia vero Ioui, Iunoni, Apollini, Latonæ, Dianæ, præterea: q; parcis, & quas vocant Ilithyias, tum Cereri, & Diti & Proserpine suscipiuntur. Secūde primę noctis hora princeps ipse & quindecimviri tribus aris ad ripam fluminis extructis totidem agnos immolāt. Aris autem sanguine imbutis cæsa victimarū corpora cremant. Cōstructa vero seña in theatri morē lumina & ignes accendūt Hymnos ad hunc vsu præcipue cōpositos cōcunt. Hæc celebrātes tribus his donātur tritico faba, hordeo. Mane vero ascendunt capitolii: sacra q; ibi de more faciūt: tum i theatrū cōueniūt ad ludos in honorē Apollinis & Dianę faciēdos.

**Seculares
ludi.**

Tauriludi

**Terentini
ludi quo-
modo cele-
brabātur.**

Altero die nobiles matronę qua hora præcipitur ab oraculo in capitos
 lū cōueniūt: deo supplicāt, lectisternia frequētāt, hymnos ex ritu canūt.
 Tertio die in templo Apollinis Palatini ter nouem pueri prætaxati, to-
 tidemq; virgines, patrimi oēs, matrimiq; Gręca, Romanaq; voci car-
 mina & Pæanas cōcununt: quib⁹ imperiū incolumitatemq; Romani po-
 puli dijs immortalib⁹ cōmendāt. Tribus his dieb⁹ atq; noctib⁹ in thea-
 tris oibus ludi celebrātur, oibus in templis sacra fiunt. Hęc ex Politia-
 no. Plura si desideras desiderio satisfaciēt tuo Herodianus libro tertio,
 Politianus & Mancinellus in cōmentarijs his, quos in Oratiū de secu-
 lari carmine scripsit. ¶ Qualia bis genito &c. Dionysios tres Bacchi no-
 mine Diodorus libro quinto, itē Volaterran⁹ in Theogonia numerāt.
 Vnū ex Ioue & Io in Bœotia natū, vitis & Ziti inuentorem: qui Indiam
 triennio subiugauit. Inde in Bœotiā rediēs oīm primus elephante indi-
 co triūphauit. Ex quo Bœotij ceteriq; Gręci ac Thraces in ei⁹ triūphi
 memoriā sacra ei trieterica instituerunt. Vnde in multis terrę Gręcię vr-
 bibus Bacchides mulieres triennio cōueniūt, hymnosq; & cātu furentū
 more in eius honorē cōcelebrant. M. tñ Cicero in libro de natura Deo-
 rū primo scribit Dionysū quintū ex Nyso & Thione natū trieterides
 cōstituisse. Alterū multo ante tēpore ex Ioue & Proserpina natū, qui bo-
 ues primo iunxit aratro, quiq; serēdi vsum docuit. Tertiu ex Ioue & Se-
 mele puerū molli corpore ac delicato: editū imperfectum, exq; paterno
 crure absolutū. Multi ergo similis errore nominis vnū tantū existisse
 putauerūt. ¶ B's genito &c. Nota fabula. Quū scilicet Hermiones mo-
 nile collo aptasset suo Semele, qua cū Iupiter cubare solebat, Iuno facta
 anui similis ei cōsulit, vt ab Ioue petat, vt falis cubet secū, qualis cū Iu-
 none cubare solebat. Semele igit fulminata, Bacchus qui maternos men-
 ses nōdum impleuerat, eos in Iouis femore cōpleuit. Ideoq; dimeter ap-
 pellatus est: vt Eusebius capite secūdo secūdi libri de euāgelica præpara-
 tione meminit: qm̄ ex patre vno duabusq; matrib⁹ procreatus fuisse vi-
 detur. Diodorus libro quinto tradit Bacchū ex fulminata matre abor-
 sum ab Ioue Mercurio esse traditū quē ad antrū Nyse deferret: quod est
 inter Nilū & Phœniciā, a nymphisq; omni cura ac studio educatū. Vn-
 de ab Ioue (qui Dios. i. deus dicit) & Nyssa Dionysū dixerūt. Apud Phi-
 lostratū libro secūdo de vita Apollonij Tyanei Mons Nyse p̄ximus μη-
 ποδ. i. coxa vel femur appellat: ideo fabulādi relicta est poetis licentia: vt
 Bacchū in Iouis femore maternos mēses cōplelle mētirētur. ¶ Trieteri-
 ca. i. tertio quoq; anno celebrata. τριετηρικὸς εἰς triennalis dicitur. In
 mōte Cytherone ea celebrari sacra dicebim⁹. Quę eadē Nyctelia appel-
 lātur quia nocte fiebāt: vt ait Seruius in cōmētario libri Aeneidos quar-
 ti, & πο τῆς βραχέος. i. a nocte. Quoniam de Baccho eiusq; sacris pleriq;
 omnes aliquid scribunt: ideo scribendi de eis finem faciamus. Ea em̄ tan-
 tū quę viderētur obscuriora suscepimus interpretanda. ¶ Tres primas
 Thracū pugnas &c. D. Iunius Brutus gladiatorum munus in honorē
 defuncti patris edidit primus: vt L. Florus libro decimosexto epitoma-
 tū Ti. Liuij meminit. Inde propagatū esse morem vt in defunctorum
 honorem munus ipsum exhiberetur: memorię dat Beroaldus in cōmē-

Bacchi
tres.

Trieterica

Dionysij.

Bacchus
dimeter.

Trieterica

Nyctelia.

Thracum
pugna.

tarijs Suetonij in vita Tyberij Cæsaris. Valerius item Maximus libro secundo titulo de institutis antiquis. Gladiatorium (inquit) munus primū Romæ datum est in boario Appio Claudio & Q. Fulvio cõsulis. Dederunt M. & D. filij Bruti funebri memoria patris cineres honorãdo. Hoc munus gladiatorium in foro dari a maioribus cõsuetudo tradita est: vt capite primo quinti libri author est Vitruuius. Ideo T. Livi libro tertio tertij Decadis author est M. Aemilio Lepido filios tres, Lucium, Marcum, & Quintũ ludos funebres per triduum: & gladiatorum paria duo & viginti per tridũ in foro dedisse. Idem quoque libro. xxviii. tradit Scipionem redisse Carthaginem nouã ad edendũ munus gladiatorium, quod mortis causa patris patruisque parauerat. Eumque morẽ fuisse a lanistis comparare, seruatorũ ac liberorũ delectu, qui venalem sanguinem haberẽt. Iunia de ergo. i. Iunij Bruti filij, aut tria gladiatorũ paria in patris honorem dederũt, aut gladiatorij ludi triduum celebrauerunt, aut tria ludorũ genera obtulerũt, hoc est hastiludiũ, digladiationem queque dijs proprie sit, & myrmillonis ac Thracis certamen. Gladiatorum enim quosdã peculiari vocabulo ab armatura Thracũ Thraces appellãt. Horatius in epistola ad Lolliũ. Ad inum Thrax erit, aut olitoris aget mercede caballum. Thrax (inquit Acron) id est gladiator. Nã Myrmillo sector dicit. Sensus est: aut gladiator in ludũ se pferet, sicut sunt Thraces, aut erit mercenarius olitoris. Itẽ Pompeio Thrax erit. i. auctorabitur se in ludũ, vt gladiator sit. Thracem gladiatoris nomen fuisse propriũ Landinus putãt hallucinatur. Ausonius in monosyllabis. Quis myrmilloni cõtenditur æquanimus? Thrax. Cicero Philippicarũ sexta. O impudentiam incredibile. Tantũ ne sibi sumpsit, quia myrmillo Thracem iugulauit familiarẽ suum. Myrmillonẽ appellatum fuisse sectorẽ, & Thracem retiarum Io. Baptista Pius capite octogesimo octauo Adnotationũ prodit. Myrmillo autem ideo appellatur, quia myrmilloniciũ genus erat armaturę Gallicę. Qua etiam re Myrmillo Gallus appellabatur. Authore Sex. Põpeio. retarius cũ myrmillone pugnãs dicebat. Nõ te peto, piscẽ peto: Quid me fugis Galle? Nam in myrmillonũ galeis piscis erat effigies, quem nõ myrmillonẽ capere se velle dicebat retarius. Qua igitur ratione myrmillo appellatus est Gallus, eadem, & retarius Thrax. Hoc genus certaminis putãt a Pittaco Mythilengõ e septem sapientibus vno primitus inuentum fuisse. Quum enim Mythilengõ cum Atheniensibus de agri Achillidis possessione decernerent, Pittacus cũ Phrynone Atheniensium duce singulari certamine pugnans rete (quod sub Clypeo tegebatur) Phrynonem ita implicuit, vt explicare se nõ quieuerit. Quo perempto agri possessio seruata est. Vnde fortasse Thrax appellatus est retarius. Nã Hyrradius Pittaci pater Thrax erat: vt author est Diogenes Laertius libro primo, cuius armis vsum fuisse filiũ nõ discouenit. Vel Thraces appellati sunt gladiatores a similitudine palmarũ Thraciarũ, vt ait Sex. Põpeius. C. Plato in libro de legibus octauo tria scribit certaminũ genera: vnũ puerorũ, alterũ puberũ, tertiu virorũ. Virorũ tria illa apud Gręcos veteres athletica fuere certamina: vt ait Dionysius Halicarnasensis lib. septimo: vt essent cursores, pugiles, luçtores: vt Homerus

Thraces.

Myrmillo

Gallus.

Certaminũ genera.

in Patrocli funere declarat. Aristoteles libro rheticorum ad Theode-
 ſtem primo certatiuum corporis virtutem tribus illis conſtare dicit,
 magnitudine, robore, velocitate. Magnitudine pugiles, robore luſtato-
 res, curſores velocitate. Qui duobus valeant pancratiſtas, qui omnibus
 pentathlos appellari. Claudius Nero, vt in eius vita Suetonius ſcribit,
 primus omnium Romæ inſtituit quinquennale certamen triplex more
 græco muſicum, gymnicum, equeſtre. quod appellauit Neronia.

¶ Primas pugnas, id eſt a Iuniadis in honorem deſuncti patris primo
 editas. ¶ Iuniadę: nō intelligas de filijs Bruti eius qui Tarquinius in vr-
 bem recipiēdos non cęſuit. Cui duos tantum fuiſſe filios licet multi cum
 Ti. Liui ſentiant; Plutarchus tamen in vita M. Bruti eius qui vnus ex
 Cęſaris fuit interfectoꝝ ex poſſidonij philoſophi ſententia tradit ei
 tres fuiſſe filios: duos ſecuri percuſſos: tertiuũ vero tum infantem fuiſſe:
 a quo Bruti alij genus capiunt. Fuerũt igitur ii Iuniadę circiter ea tem-
 pora: quib⁹ cum Romanis Pyrrhus pugnauit. ¶ Inferiæ (vt author eſt
 Seruius in commentario libri decimi) ſunt ſacra mortuorum: quæ infe-
 ris ſoluuntur. Sane (inquit) mos erat in ſepulchris virorũ fortiũ capti
 uos necari. Quod poſtq̃ crudele nimium viſum eſt: placuit gladiatores
 ante ſepulchra dimicare: qui a buſtis Buſtuarij dicti ſunt. Eorum ſi for-
 te copia non fuiſſet, laniantes forminx genas ſuas effundebant, ſanguinẽ:
 vt idem ait libro. xii. Inferias tribus fieri Volaterranus in Philologia p-
 dit ſacrificando Diti: ſpargendo flores tumulo: tertio ludos & epulum
 dando. Ludos autem qui in mortuorum honorem celebrantur nouen-
 diales etiam appellari ſcribit Seruius in cõmẽtario libri Aeneidos quin-
 ti. Nam apud maiores vbicunq; quis extinctus fuiſſet: ad domum ſuam
 referabatur: ſilicet ſeptem diebus referuabatur: octauo die incẽdebatur:
 nono ſepeliebat. Nouẽdiales ferias a numero dierũ appellatas eſſe feſtus
 Põpei⁹ ait. In his p̄fecto iſerijis habitã fuiſſe rationẽ nertarij nō ignora-
 ra⁹. Vt libro Aen. ſexto quũ Deiphobo cœnotaphiõ feciſſe ſe dicit Aeneas
 adũgit. Ermagna manes ter voce vocaui, libro quoq; .xi. Virg. de Troia
 nis & Etruſcis ſcribẽs, ſuoꝝ q̃ in acie ceciiderãt corpa de more cremãtib⁹
 Ter, inquit, circum accenſos cincti fulgentibus armis
 Decurrere rogos, ter mœſtum funeris ignem
 Luſtrauere in eqs. Sepultis quoq; ter vale vale dici ſolitũ author ẽ
 Serui⁹. Aiac⁹ funeus triduũ factũ eẽ Diãys Cretẽſis lib. v. ſcribit. Patrio
 ſepulchro legũt alij patri ſepulto. Sepult⁹ (vt ait Plini⁹) capite quadra-
 geſimo quarto libri ſeptimi dicit quoquo mō cõditus Humat⁹ vero hu-
 mo contextus. Sepelitũ dixerunt antiquiſſimi. Cato in. Thermũ. Mortu-
 us eſt: ſepelitus eſt. Author eſt Prifcian⁹ libro decimo. Dicim⁹ obiter ne
 loci illi⁹ Perſiani ſatyra ſecũda O ſi ebullet patrii p̄clarũ fun⁹, enaratio
 nẽ neſcias. dicim⁹ inquã eã fuiſſe apud veteres cõſuetudinem: vt pecunię
 vna cũ caduere ihumarent: vt in ſarcophagis vetuſtiſſimis ap̄d noſtra
 tes & pecuniã & arma cũ oſſib⁹ iuẽta vidim⁹. Albani quoq; diuitias oẽs
 cũ parẽtib⁹ ſepeliebãt: ne diuitiẽ poſt parẽtũ mortẽ reliq̃ mortuorum
 memoriã trifiſitiãq; afferrẽt. Quocirca pauprimi viuebãt Albani: vt poſe
 patrimonio nullo ditati. Author eſt Strabo libro vñdecimo. Herodot⁹

Iuniadę.

Inferię.

Nouendia-
 les.

Sepultus.]
 Sepelitus
 Perſii lo-
 cus.
 Pecunia i
 ſepulcris.

FRANCISCVS SYLVIVS

quoq; libro primo tradit scriptū fuisse ī Semiramidis sepulchro ad hāc sententiā. Si quis Babyloniorū rex pecunię indigēs maxime sepulchrum hoc aperiet thesaurū ingētem in eo inueniet. Darius Babylonico regno potitus thesaurū ibi esse occultum arbitratus sepulchro eā ob rē aperto scripturam hanc inuenit aliam. Nisi avarus tu fuisses : mortuorum sepulchra non violasses. Apud Egesippum libro primo excidii Hierosolymitani proditum est. Quum Anthiochus Hierosolymam Hircanumq; obsideret: referato Dauid sepulchro tria auri talentorum milia Hircanus eruit: ex quibus trecenta Antiocho vt obsidionem relinqueret annumerauit. Quid igitur dicat ibi Persius puto non ambigis.

Ille etiā thalamos per trīna ænigmata quærens.

Qui bipes: & quadrupes foret: & tripes omnia solus.

Terruit Aoniā volucris: leo: virgo triformis

Sphinx volucris pennis: pedibus fera: fronte puella.

Trīna in Tarpeio fulgent consortia templo.

Humana efficiunt habitacula ter genus artes:

Parietibus qui faxa locant: qui culmine tigna:

Et qui supremo fucat tectoria cultu.

Ille etiā. Est etiā in ternario Oedipus Iocastę nuptias per enigmati triplicis solutionem quærens. Hoc autē ænigma erat. Quis solus esset ista tria bipes tripes quadrupes. Id quod interpretamur secundum codicem Tacuini vbi ille scribitur: quę lectio placet magis q̄ si illa (vt est in codicibus alijs) legatur. Merruit Aoniā. Sphinx quę hoc ænigma proponendo terruit Bœotiā erat triformis volucris, leo, virgo, Iocasta Creontis filia ex marito suo Laio Thebanorum rege cōcepisse se sentiēs Igitia gaudet. De nascitura prole Laius Apollinem consulit. respondet Apollo Laium filii manu periturum ipsumq; filium domum totam funestaturum. Qui igitur ex Iocasta natus est filius: eum feris exponi Laius imperat. phorbas regius pastor pueri (quem susceperat exponendum) fortunam miseratus eum traiecit gladio pedibus in arbore suspendit. Externus quidam pastor illac forte transiens puerum ex arbore pendentem conspicatus vincula scindit: puerumq; pedibus tumentem (vnde ei factum est postea nomen Oedipo) acceptum ex Corinthijs alicui dono dat. Corinthius Merope Polybi Corinthiorum regis vxori liberos desiderāti offert: non illiberaliter puerum pro filio regina suscipit, educat regaliter & ornat. Qui iuueniles annos postea ingressus se quondam expositum fuisse certior factus inueniendi patris cupiditate accenditur. Polybo relicto vt Apollinem consulat Pythiam proficiscitur. Quo eodem tempore Apollinem Laius de exposito infante consulturus Oedipo fit obuius: quę e via

Iocasta.

Oedipus.

defectere Laius mandat superbius. Irritatus Oedipus Laium (quem esse patrem ignorabat) occidit. Eodem fere tēpore sphinx belua thebas aduenit. Omnia circa Phiceiam infesta facit enigma proponit: qđ nō quēstus soluere occidit: ob rem ambiguam intereūt multi. Quid facturi sint Thebani: quo ve modo pestem hanc propugnaturi: animi pendunt. In eam tandem concedunt sententiam: vt Aenigma soluenti locastē conubium atq; Thebeorum regnum detur prēmium. Oedipus ex multis vnus enigma dissoluit. Est autem enigma huiusmodi. Quod animal bipes, idem tripes, ac quadrupes foret. Hominem id animal esse respōdet Oedipus: qđ infans quattuor it pedib⁹: auctus etate duob⁹: iā senior tribus. Baculo em̄ quasi pede tertio sustentat. & decrepitis reptās manib⁹ & pedibus: quattuor: qa manus illi p pedibus & crura p brachijs sunt. Sphinx autē suo victa iudicio se ipsa p̄cipitat. Locastam ignotam matrē filius Oedipus vxorem habet: ex qua filios quattuor suscipit Etheoclem Polinycē, Antigonam, Ismenā. Hęc partim ex Diodori libro quinto, partim ex Boccacii libro primo de casibus virorum illustrium. Sphinx ex Chimera & Typhone nata est: vt Hesiodus i Theogonia meminit. Quę authore Laſtantiō in commentario libri primi Theb. statij dicitur αἰὼ τοῦ σφίγγειν qđ est stringere: eo qđ anigmatis suis hominum mentes p̄stringat. Plato in Cratylo multa dicit vocabula immutata vel anti-quitate. vel poliēde linguę studio. Alijs enim detractę sunt literę vel syllabę, alijs adiūctę, in alijs mutatę. Quęadmodū, inquit, dum sphinga proferūt. quū phisga pronūciare debeāt. Baptista Pius cōmentarijs in Pœnulum Plauti de sphingos pernicie qđ dicebamus aliter ad hęc scribit sententiam. Sphinx (inquit) viatores deprāhēlos vt suos pedes abluerent iu bebat. In quo officio attonitos, pedibusq; inherētes e p̄cella rupe deturbabat. De sphinge illud sicco (vt aiunt) pede non putamus p̄tereundum: qđ Cebes Thebanus in tabula enarrat. Quicūq; (inquit) Sphingos enigma intellexerat salutem: qui non intellexerat, exitium inueniebat. Sphinx em̄ ipsa est hominibus insipientia: quę illa proponit hominibus quid bonū, quid malum, quid neq; bonum neq; malum sit in vita. Quę si quis minus intellexerit: ab ea interimitur neq; id semel: sicut is qui depastus a Sphinge moriebatur: set per vitam omnem sensim absumit: quęadmodum ij qui perpetuis additi sunt supplicijs. Contra si quis intellexerit: occisa demum insipientia salutem ipse consequitur: beatusq; qđ vitę reliquum est feliciter exigit. Sphinx p̄ter hęc fuit Cadmi vxor: quę a marito discessit propterea: qđ Hermionen Martis & Veneris filiam in amore sibi p̄poni videbat: vt authore Palephato Eusebius in annalibus scriptum reliquit. Est insuper sphinx animal fusco pilo, māmīs in pectore geminis: vt tradit Plini⁹ capite vno & vicesimo libri octauī. Sphinges vt ait diodorus syracusius libro quarto, apud Trogloditas, Aethiopesq; nascunt forma haud ei dissimili, qua pingunt, sed paulo pinguiores. Naturam habent mansuetam, pluribus exercitijs atq; disciplinis aptam. ☉ Trina in Tarpeo &c. Tarquinius Priscus in Sabinos bello vltimo pugnans vouit Ioui Iunoni & Mineruę templa si p̄alio vinceret: voti reus interijt. Tarquinius superbus qđ pater vouerat absoluerē conatus

Sphinx.

Sphinx ho-
mines de-
uorabat.

FRANCISCVS SYLVIVS

ex decima prædæ fuiffanꝝ multa faciendâ curauerat, Sed principatu ex eisdem abfoluere non quiuit. Anno uero tertio poſtq̃ in urbem receptus nõ fuerat: id Populus Ro. abfoluit. M. Horati⁹ Puluillus cof. id dedicauit. Authores ſunt T. Liuius libris primo & ſecundo. & Dionyſius Hali carnateus libris. iiii. iiii. & v. Triũ igif opera a tẽplũ id factũ eſt. Tarquinius Priſcus uouit, Superbus ædificauit, Puluillus dedicauit. Aut hore eodem Dionyſio libro, iiii. a parte ea qua, frons meridiem ſpectat triplici columnarũ ordine tẽplũ hoc conſtructum erat, ab obliquis uero partibus ſimplici. In eo autem tria inerant facella æqualia inter ſe communia latera habẽtia. Mediũ quidem Iouis, ab utraq; parte Iunonis & Mineruæ. Dij tres ex monte capitolino ubi templa habebant cedere noluerunt. Terminus, quem ab antiquis Terntonem appellatũ Sex, Pompeius ſcribit, Mars & Iuuentas. ut ait D. Auguſtinus libro. iiii. de ciuitate dei. Pallas trib⁹ delectari ſolita eſt, noctua, dracone & populo, ut ait Plutarchus in uita demoſthenis. Eãdẽ uelſte, triplici uti ſolitã placiades tradit. Tres deos Iouẽ Iunonẽ Mineruam in eodẽ tẽplo Romanos coluiſſe Laſtantius capite uñdecimo libri de falſa religione primi author eſt. Qui a Seruio in cõmẽtario libri Aeneidos tertij magni dij appellantur. Macrobius libro tertio Saturnalium tradit eodẽ eſſe penates qui magni dij appellant. Diſtos autem eſſe penates propter hæc tria, quia ſunt per quos penitus ſpiramus: per quos habemus corpus: per quos animi rationem poſſidemus. Eſſe autẽ mediũ çthera Iouẽ: Iunonẽ uero imũ aera cũ terra: Mineruã ſummũ aeris cacumen. Argumẽtũ eius rei eſt: q̃ Tarquinius Priſcus Demarati Corinthij filius Samotrachiis religionibus imbutus myſlice, uño tempore, ac ſub eodem tẽplo memorata numina coniunxit. ¶ Tarpeio. i. capitolino. Virgilius in oſtauo Aeneidos.

In ſummo cuſtos Tarpeia Manlius arcis

Tarpeiũ & Capitoliũ.

Stabat pro tẽplo: & capitolia celſa tenebat. Nam ut ait M. Cato (quod ex eius fragmentis didicimus) Capitolium dictum eſt a capite inuẽto fluente ſanguine: dum Iouini tẽpli fundamenta iaceret princeps Tarquinius. Nam antea Tarpeius a Tarpeia ibi ſcutis Sabinorum obruta: ſed prius Saturnus vocabatur. Fuit autem Tarpeia Sp. Tarpeii qui cuſtodienſe arcis præerat filia. Quam auro Tatius Sabinorum dux corruptit, ut in arcem armatos reciperet. Aquã ſacris faciendis ea forte extra mœnia quaerſitum iuerat: quã recepti Sabini obrutam ſcutis necauerũt. Seu ut vi capta potius arx uideret: ſeu pro endi exempli cauſa: ne quid vſq̃ fidum pditori eſſet. Hęc T. Liuius libro primo primę decadis: ubi alia permulta ſcribit. Tribus ergo nominibus appellatum eſt Capitoliũ. primo Saturnus deinde Tarpeius: poſtremo Capitolium. Capitoliij tria fuiſſe incendia hiſtoriarum monimenta teſtificantur. Vnum Scipione & Norbano conſulibus: quum erant Mariana bella ciuilia. Alterum Vitielliano bello. Tertium cum Veſpaſiani interitu. ¶ Humana efficiũt & Trip: ex eſt artificium domus conſtrentium genus & officium. Sunt enim Latomi: qui parietes lapideos conſtruunt: ſunt fabri lignarij qui domos lignis tabulisq; cooperiunt: Sunt deniq; qui parietes aſperos calce aut gypſo incruſtant poliuntq;. Vnde etiam calcatrę domus ſunt calce

Proditori præcium.

Capitolij incendia.

contectę, & incrustatio ipsa est qua tegitur asperitas, quod item tectoriũ dicimus. ¶ Domus itę tres partes sunt, fundamenta, parietes, tecta. Boethius in cõment. in Topica Ciceronis genus quoddam definitionis esse per enumerationę partiũ scribens, illud dat exemplum. Domus (inquit) est quę fundamentõ parietibus tectoq; consistit. ¶ Ter genus, dictum est ea forma qua dicimus hoc genus, id genus, quod genus: pro huius, eius, cuius generis.

Domus partes.

Hinc bromiũ quadrantal, & hinc Sicana medimna.

Hoc tribus, hoc geminis tribus explicat vsus agendi.

In Physicis tria prima deus, mundus, data forma.

Ter genus omnigenũ genitor, genitrix, generatum.

¶ Quadrantal modios tres continet. Medimnã modij sex replent. Quadrantal dici latine, quem κῦβον Gręci dicunt: author est A. Gellius capitę viceſſimo libri primi. De cubo ampliter satis meminimus. Sextus Põpeius pro męſura quadrata octo & quadraginta sextarios capięte vsurpat. Cuius his verba compono. Quadrantal (inquit) vocabant antiqui qđ ex Gręco αμφορας dicũt: qđ vas pedis quadrati octo & quadraginta capit sextarios. Plaut⁹ in Curculione. Anus hęc quãtillum sitit: modica est, capit quadrantal. Cato cõtra Appium. Vini redemiſti prædia, pro vini quadrantalib⁹ sexaginta ampullã dediſti: vinũ nõ dediſti. Hęc ille. Quater duodecim octo & quadraginta reddũt: quater tribus duodenari⁹ cõſtat numerus. Amphorã nihil aliud esse niſi quadrantal ex eo legi poteſt opufculo de ponderibus inſcripto: qđ Prifciano (iure ne an iniuria neſcio) tribuitur. Pes em̄ menſu triplici alto longo & lato ſexdecim digitis cõſtat. Pedes quattuor alti, lati, & longi amphorã faciũt. Amphora tribus ſit modijs. Modiũ ſedecim sextarij implent. Cuius verba hæc ſunt. Pes longo ſpatio atq; alto latoq; notetur:

Quadrantal.

Amphora

Pes.

Amphora

Bromius.

Medimn⁹.

Quadrantal.

Angulus vt par ſit, quem claudit linea triplex.

Quattuor ex quadris medium cingatur inane:

Amphora ſit cubus, quam ne violare liceret,

Sacrauere Ioui Tarpeio in monte Quirites.

Huius dimidium fert vrna, vt & ipsa medimni

Amphora, terq; capit modium, sextarius istum

Sexdecies haurit, quot ſoluitur in digitos pes.

¶ Hinc collige quadrantal modijs tribus conſtare.

¶ Bromij. i. vini. Bromi⁹ em̄ dict⁹ est Bacch⁹ a tonitru qđ i ei⁹ ortu cõtiguit: vt lb. quarto meminit Diodor⁹. Βρόμος em̄ crepit⁹ ignis, ſtrepitus, ſonit⁹ dicit. ¶ Et hinc Sicana &c. Medimnus, vel medimna, vel medimnũ (hoc em̄ triplici gñe inclinã) męſura est aridorũ: vt tritici & ordei, q̄ ſex modios cõtinet. Vt author est Budęus noſter in quinto libroꝝ de aſſe & partib⁹ ei⁹: quos cõquiſitę multũ ſcribẽdo veritatis fidẽ cõmerit⁹ est. Quadrantal humorũ esse tñ multi autumãt: ideo Bromiũ pro humido quouis poſuit Auſoni⁹. Attamẽ quadrantal p̄ triticaria męſura

FRANGISCVSSYLVIUS

- Medimnarū triū genera.** Budæus idem vsurpat: medimnarum vero duo genera ponit. Alteram Romanam, quæ sex sit modiorum: alteram Sicanam quæ modios quinque contineat: quâ tamen esse modiorū sex hic putat Aufonius. Tertium genus addimus ex Cornelio Nepote in vita Pomponij Attici. Atticus enim medimnus (vt ait) septem modios complet. Quæ sit quadrantal, Amphoræ & medimi mensura idem noster Budæus asseuerat se periculum fecisse. Quadrantal quadrati Parisiorum æquato æquale putat. Amphoram vero, vt quadrantem fastigiatū non æquat. Medimnus est, quâ minam dicunt Parisini. Triticarius ille Parisiorum sextarius in medimna duo & quattuor amphoras diuiditur: indeque in duodenos modos, quos appellant bossellos. Geminis tribus. i. sex. Per senarium numerum significari operū perfectionem Diuus Augustinus libro de ciuitate dei. xj. scribit. Nam numerus, inquit, senarius primus cõpletur suis partibus. i. sexta sui parte, & tertia & dimidia, quæ sunt vnū: duo & tria, quæ in summam ducta sex fiunt. Eius perfectio opere diuino significata est. Sex enim diebus mundus creatus est. Anno sexies millesimo a mundo creato Christus, nat⁹ est, qui die hebdomadis sexto pro nostra oim salute mortem passus est. ¶ In physicis. Ad rerum omnium generationem tria cõueniunt necessaria: diuina virtus, naturæ principia, & res ipsa quæ generatur. Naturæ quot sint principia inter ætatis prisæ philosophos. nõ parua versata est quæstionis ambiguitas. Aristoteles enim libro de generatione & corruptione secūdo nouem scribit varias opiniones. Vna est ponentium ignem omnium esse materiale principium. Altera est ponentium illud esse aerem. Tertia, aquam. Quarta, ignis aerisque mediuz: hi que vnū tantū ponebāt principium. Quinta est ponentium duo: vt ignem & terram. Sexta ponentium tria, ignem, terramque, & aquam. Septima item tria, ignem, terram, & aerem. Octaua est Empedoclis quattuor esse putantis ignem, aerem, aquam, terrā. Nona est Platonis hisce quattuor elementis ab Empedocle nominatis materiam primā adiungentis, quâ pandixem dicunt. Rerum item omniū generationē itemque, & corruptionem (vnus enim generatio corruptio est alterius) tribus constare principijs: hoc est duobus contrarijs, vnoque tertio quod contrariorū vtri que vicissim subiectum sit, Aristoteles libro Physicorum primo tradidit. Idem alibi tria esse principia scribit entelechiam. i. cõtinuatam quādā & perennem motionē, materiā & priuationē. Plato (vt est apud Plutarchum in libro de placitis philosophorū primo) tria ponit rerū principia deum, materiam, idēam. Est autem deus mens mundi: materia vero quod primum generationi subiaceat, atque corruptioni. Idēa autē substantia est sine corpore in diuinis sensus animi visisque dei. Cui coherentem subscribit Martianus Capella libro septimo. Tribus (inquit) diuinitati memoratur. Idem mūdana perfectio est. Nam monadem fabricatori Deo: Dyadem materię procreanti: triadem idæalibus formis consequenter aptamus. ¶ Ter genus omnigenū &c. Animalia ea quæ sexū habent, maris & fœminę cõiunctione nasci tradit Aristoteles capite primo primi libri de generatione animalium: & capite secundo libri eiusdē materiam dicit, quod in alio gignit: fœminā, quod ex seipso: vnde fit tertium: id

quod generat. Quam ob rem in vniuerso quoque naturam terre quasi fecerit minam materque statuit. Celum autem & solem eiusque generis alia patris nomine appellat. In generatione tria inesse Plato scribit in Timæo. Vnum quod gignitur alterum, in quo gignitur, tertium a quo similitudinem trahit, quod nascitur. Idcirco, inquit, comparari hæc ita decet. quod recipit, matri: unde recipit patri, naturam istorum mediam proli. Eorum que pariant triplex est genus. Aut enim perfectum animal gignunt: ut homo equus, aliaque que pilis teguntur: inter aquatilia vituli, delphini, ballenæ, aliaque cetarij generis. Aut ouium: ut aues, & serpentes. Aut vermes: ut insecta prope omnia. Rursus animalia aut gradiuntur, aut volat, aut natat. Volucrum alij penna volat: ut aquila: alij membrana sicca ut apes & scarabei: alij cutem ut vulpecula & vesperilio. Author est Aristoteles capite quinto libri primi de natura animalium. Piscium tria genera Plinius capite vicesimo octavo noni libri numerat: quedam mollia appellatur: ut loligo & sepia: quedam crustis tenuibus & squamis contexta sunt: quedam testis duris conteguntur.

Terra mater.
Cælum pater.
Generatio
ne proficiunt
tria.
Parientium
diuersitas.
Vulpecula
Piscium genera.

Per trinas species trigonorum linea currit:
Aquilatus, vel crure pari, vel in omnibus impar.
Tres coit in partes numerus perfectus: ut idem
Cum grege ter trino per ter tria dissoluatur.
Tres primus par impar habet: mediumque: set ipse
Qui medius: quinq; & septem quoque diuidit vnus:
Et numero in toto positus sub acumine centri
Distinguit solidos cubo pereunte trientes.
Aequipares dirimens parteis ex impare terno.
Et paribus triplex medium: quum quattuor & sex

Bisque quaternorum fecernitur omphalos idem.
Linea est sine latitudine altitudinisque longitudo. Lineæ tres directæ diuersa positione trigonum faciunt. Est autem trigonus quod triangulus ternio, triquetra dicitur. γωρία enim angulus est. Græcis ite tripleuros. i. tria habens latera appellat: πλευρα enim latus est: unde pleuresis. Triplex est ergo trigonus: aut enim est ἰσοπλευροσ quod æquilatus vel æquilaterum latine dicitur (ἰσοσ enim æqualis est) quod tribus lineis equalibus lateribusque cõcurrit. Aut ἰσοσκελῆσ: quod ex tribus lineis duas habet æquales: quibus quasi cruribus insistit. Ideo ex crurium latini dicunt ὀκέλοσ enim crus dicitur. Aut ὀκαληνομ: quod omnes tres lineas inter se habet inæquales. ὀκαληνοσ enim numerus est dispar. Hæc ex Martiani capelle libro sexto. Angulorum idem tria ponit genera. Nam aut iustus est, aut angustus, aut latus. Iustus quod directus semper est idem.

Trigonus
Tripleu.
Isopleuros
Isocedes.
Scalenon.
Angulus
triplez.

FRANCISCVS SYLVIVS

Angustus qui acutus est & semp mobilis. Latus vero obtusus mobilisq̄ similiter. ¶ Tres coit in partes &c. Numerus pfectus ternarius in tres partes. i. in nouē multiplicatus: si secū ter trina. i. nouem acceperit: erūt octodecim. q̄ numerus dissoluif ad nihilūq̄ redigif p ter tria cū ter trinis. Illud em̄ cū grege ter trino bis esse astruēdū putam⁹. ¶ Tres prim⁹ par impar &c. Primus par & primus impar. i. quinq̄ habēt tres & numerū inter tres & quinq̄ mediū. i. quattuor hoc est tres quattuor & quinq̄ faciūt duodecim: quorū q̄ medi⁹ est. i. senari⁹ inter quinq̄ & septē inter ponit. Senari⁹ autē cū duodenario denos & octonos cōponunt. Octodeci in tres trientes. i. tertias ptes (q̄ sunt sex diuidunt. Quō senari⁹ partes q̄ sunt equipares ex ternaria partitione dirimunt̄ pereūtq̄. Nā ex octodecim ter sex si detraheris: numer⁹ p̄bit totus. Itēq̄ si mediū triplex ex paribus cōstās. i. quattuor, sex octo dēpseris: numerus etiā totus p̄bit. Qm̄ tñ intricate nimis verba sunt implicata: ideo ordine suo hic ea digerim⁹ Numerus pfectus coit in tres partes (Ternarius em̄ ex se pfect⁹ nouenarij pars est tertia) coit inquā ita: vt idē ternari⁹ cū grege ter trino dissoluaf p ter tria cū grege ter trino. Primus par & primus impar. i. quinaris habet secū tres & mediū. i. quattuor. i. tria quattuor, & quinq̄ duodecim conficiunt. sed ipse q̄ est medius ex duodecim hoc est senari⁹ vn⁹. i. i. solus diuidit quinq̄ & septē: qui senari⁹ positus in numero toto. i. cū duodecim sub acumine centri. i. eo ordine quo a monade cōceptum est distinguit trientes solidos cubo pereunte. i. excepto. Distinguit inquam dirimens equipares partes. i. senarios ex impare terno .i. ex ternario qui est impar : dirimens triplex mediū. i. quattuor, sex, octo ex paribus: hęc enim media sunt paria quā idē omphalos. i. medius quattuor sex & bis quaternorum. i. octo fecernitur. ¶ Sub acumine centri. i. sub monade. Nam vt circuli, centrum: ita numeri monas principium est. ¶ Trientes solidos. i. senarios. Est enim senarius pars tertia octonarij decimi Triēs vero totius est pars tertia. Solidum & de numeris & de quātitate dicit. Vt Martianus Capella libro sexto solidam appellat figuram tribus longitudine latitudine altitudine constantem. Solidos cubo pereunte tuentes. Marfilius Ficinus libro cōmentariorū in Timęum Platonis ex Pythagoricorum sentētia numeros esse triplices dicit Lineares, Planos, solidos. Lineares, quos sola metitur vnitas quasi punctū. vt, est ternarius, quinaris, septenarius. Nā hi in partes nullas æqualiter diuidi possunt. Planos, qui multiplicātur. ex numeris, quasi lateribus vt senarius ex bis tribus sit, aut ex ter duobus. Florum tria genera sunt. Alij enim quadrāguli & æquilateres appellantur, qui ex numeri alicuius in seipsum ductū conficiuntur. Vt quaternarius ex bis duobus. Nouenarius ex ter trib⁹. Sedecim ex quater quattuor. Alii inq̄uilateres, q̄ ex ductu maioris numeri in maiorē sūt, vt senarius q̄ ex duorū in tria deductione. Alij oblongi qui sūt ex ductu multo minoris numeri in numerū longe maiorem. Vt denarius ex deductione duorū in quinq̄ cōstans. denarius octonari⁹, quē ter sex cōficiūt. Solidos eos dicit, qui ex deductione atq̄ reductione numeri alicuius in seipsum efficiuntur, instar molis solidæ in trinam dimensionem deductæ, quos græco vocabulo κυβουδ. i. cubos appellari ante

Solidum.

Numeri
triplices.

diximus. Vt bis duo bis efficiūt octo: ter tria ter. xxvij. quater quattuor quater. lxxij. Senarium itaq; solidū numerum dicere videtur, q̄ tribus solidi numeri. i. octonarij lateribus constet, sed plane solidus non est.

¶ Cubo pereunte. In codicibus fere omnibus cæbo nō cubo scriptū inuenio. Quintianus item in Epographia tertia cæbum producere primā affirmans Ausonianum hūc verſum aduocat. Quid sit cæbus legere nō memini, nisi apud Aristotelem capitibus octauo & nono de natura animalū lib. primi. Vbi dicit animalia quædā esse natura anticipite, quæ partim hominem, partim quadrupedem imitētur. Veluti sunt tria hæc, simiæ, cæbi, canicipites. Cæbus enim simia est caudam gerens. Sed quid ad hanc rem nostrā? Cubo itaq; non cæbo legendum esse putamus, quo scriptum modo in Tacuini codice inuenimus. Quod quātū coheret sententiæ eam explicauit. ¶ Omphalos. i. medius. ομφαλόος enim vmbilicus dicitur. Vmbilicum autem pro medio dici nemo Latiniensis ignorat, qui Strabonis interpretem legerit, qui libro nono ait. Quum Iupiter mediū terrę nosse optaret, tum aquilas duas dimisit, vnam ab oriente, alteram ab occidente: quæ ambæ hunc in locum conuolauerunt. In q̄ templo mōstratur vmbilicus, cui duę incubāt imagines aquilarum, quo circa telluris vmbilicum Delphos appellabāt. Vmbilicum tamen pro fini acceptū nō ignoramus: vnde ad vmbilicum adducere prouerbialis est sententia pro finiri vsurpata. Hi autem quorū hic potissimū meminit Ausonius cum ternario multā habent cōsuetudinē. Nam vnū, duo, tria, sunt sex. Trina bis itidem sex. Duo quatuor sex, sunt duodecim. Ter iter quaterna sunt duodecim. Quinq; sex, septem, sunt octodecim. Quatuor, sex, octo totidem faciunt: faciunt item sena ter octodecim.

Cæbus.

Omphal^o.

Delphi vmbilic^o terrę.

Ius triplex: tabulæ qđ ter sanxere quaterna:

Sacrum, priuatū, & populī cōmune quod vsq; est.

¶ Triplex est ius Romanū in tabulis duodecim scriptum, sacrū, priuatum, publicū. Nā quū Romana plebs seditionibus cottidianis a patrib⁹ dissideret, ne quis inimicitiarū locus esset, extraneas leges accerfiri placuit. Tres ergo legati Athenas mittūtur Sp. Posthumius Pub. Sulpiti⁹ Camerinus. A. Manlius, qui Solonis leges inclytas transcribere, aliarūq; terrę Gręcię ciuitatum mores & instituta noscere iussi, Anno illinc tertio Romam cum Atticis legibus redeunt. Tribunis plæbis instantibus decemviri creantur. Ne quis eo anno alius sit magistrat⁹ cauetur: itaq; a decemviris ad alios prouocari nō potest. Condēdis legibus opera datur. Decemviri tabulas proponūt, ad cōcionem populū aduocant, qđ bonum, faustū, felix reipublicę, ipsis, ipsorūq; liberis esset, ire & legere iubent. Se quātum ingenijs hominum decem prouideri potuit: summis omnibus infimisq; æquasse, multorū ingenia atq; cōsilia plusq; sua pollere pronunciant: Vnamquāq; rem vt versent animo ciues atq; agitent: quidve in re quacūq; plus aut minus esset, in medium conferent, hortantur. Eas enim leges Romanum populum esse habiturum prædicant, quas cōsensus omniū non iulisse latas magis, q̄ tulisse videri possit. Quum ad rumores hominum correctæ satis videntur, centuriatis

Ius triplex

Tabulæ duodecim.

FRANCISCVS SYLVIVS

comitijs decem tabularum leges proferuntur. Quæ nunc quoq; in hoc tam immenso cumulo legum aliarum super alias acruatarum fons omnis priuati iuris est atq; publici. Latis ergo legibus decem iuris magistratu se abdicant. Vulgatur deinde rumor duas deesse tabulas: quibus adiectis absolui posse quasi corpus totum Romani iuris. Creantur ergo alij decem iuris, qui duas legum tabulas ad decem prioris anni adijciunt. Authores sunt L. Fenestella capite decimoquarto de Romanis magistratibus, & Ti. Liuius libro tertio primæ Decadis. Pompeius Iurecōsultus libro digestorū primo titulo de origine iuris tradit has decem tabulas ex Græcis ciuitatibus per decēuiros allatas, reliquasq; duas per eosdem adiectas. Eburnas tabulas esse alij, alij æneas putauerunt: vt Pomponius Lætus meminit. Tamen Liuius dicit leges decem iurales (quibus tabulis duodecim nomen est) in eis incisas in publico Romanos posuisse.

Tabulæ duodecim Decem iurales leges

Decēuiroi. Triūuiroi.

Ius triplex

Iuris præcepta. Legū a Romanos promulgatio. Trinundinum.

Sriptæ sunt autem leges decem iurales: vt sacræ leges & alia quedam edita publica lingua latina eadem quæ sub Latino & regibus Tulciæ ceteri quidem populi in ipso Latio loquebantur: vt Crinitus capite tertio tertij libri meminit. ¶ Vt decem iuris legum fuerunt cōdendarum auctores, ita Romæ fuerunt triūuiroi monetales illorum trium æris, argenti, auri, flatores. Et triūuiroi capitales qui carceris custodiam haberent, vt quum animaduerti oporteret, interuentu eorū fieret. Author est Pomponius Iurecōsultus libro digestorū primo, titulo de origine iuris. Ius duplex tantū numerat Liuius, priuatum, & publicum. Vlpianus eandem sententiam libro digestorum primo titulo de iustitia & iure: publicum cum ius id esse ait, quod ad statum rei Romanæ spectat Priuatum quod ad singulorum utilitatem pertinet. Idem publicum ius in illis tribus cōsistere dicit sacris, sacerdotibus, & magistratibus: ac priuatū triplex esse, naturale, gētium, ciuile. Naturale quod natura omnia animalia docuit, quæ in terra, quæ in cælo, quæ in mari nascuntur: vt maris ac fœminæ coniugatio, quam nos matrimoniū appellamus: hinc liberorū procreatio, atq; eorūdem educatio. Ius gētium esse quo gentes humanæ vtuntur: quod solis hominibus inter se cōmune sit: vt erga deum religio, vt patribus & patriæ pareamus, vt vim atq; iniuriam propulsemus. Nam vt ait Florentinus iurecōsultus in eodem libro: quod quisq; ob tutelam corporis sui fecerit, iure fecisse existimatur. Ius ciuile, quod neq; omnino a naturali iure vel gētium recedat, neq; per omnia ei seruiat. Itaq; quū ali quid addimus vel detrahimus iuri cōmuni, ius propriū. i. ciuile efficiamus. Authore Modestino Iurisc. libro eodem titulo de legibus & sanatuscōsultus & longa consuetudine Ius omne aut consensus fecit, aut necessitas constituit, aut firmavit cōsuetudo. Iuris, authore Vlpiano, tria sunt præcepta: honeste viuere, alterum non lædere, ius suum cuiq; tribuere. Quo autē modo leges promulgabat Romana antiquitas retulisse ab instituto nostro nō sit profusus alienū. Lex igitur (vt ait Beroaldus in cōmētario in primā Ciceronis Antonianarū) nūdinis ternis promulgabatur: eratq; integrū per id tēpus intercedere ac tollere, si parū quod probaret, aut quid esset vitij. Vbi vero trinūdino lata erat, inq; tabulis æneis incisa, rescindi amplius infirmariq; nō licebat. Trinūdino autē dictū est a diebus triū

nundinis. Nundinæ vero dictæ sunt quasi nouendinæ. Nam Romani nūdinās instituerūt (vt ex Macrobij libro Saturnaliū pmo didicim⁹) vt octo quidē diebus in agris rustici, opus facerēt: nono autē die intermisso rure ad mercatū legesq; accipiendas Romā venirent: vtq; scita & cōsulta frequentiore populo referrent: quæ trinūdino pposita a singulis atq; vniuersis noscebātur. Vnde etiā mos tractus est: vt leges trinūdino die promulgarentur. Nundina p̄ter hæc erat Romanorū dea a nono die nascētū nūcupata: qui dies nonus Iusticus appellat. Eo em̄ die Iustrantur pueri: nomēq; accipiunt. Set is maribus nonus, octauus est fœminis vt prius dicebam⁹. A iure eo de quo in foro aut in senatu agatur nō abest, ratio ternarij. In foro em̄, vt ait Sex. Pōpeius iudicia fieri, cū populo agi, conciones haberi solēt. M. Cicero in Topicis triplīcē dicit æquitatē esse, Vnā ad superos deos, alterā ad manes, tertiā ad homines pertinere. Prima pietas, secūda sanctitas, tertia iustitia, aut æquitas no minas. Aequitatis violadē, hoc est peccādi tres sunt causæ apud Platonē libro de legibus. ix. Vna est iracūdia, q̄ incōsiderata vi multa euertit. Altera voluptas, q̄ cōpellit, vt quicqd ipsa velit, peragas. Tertia ignorātia est. Tria sunt genera apud Tullīū in Topicis, quæ cōtrouersia omni scripto facere possunt, ambigū, discrepantia scripti, voluntati scriptura contraria. Aliū probaturus castigaturus aut iudicaturus tria habet censet Plato in Georgia. Sapientiā, opinionē prudētis atq; beneuoli & audaciā, eorū qui postulare hoc est, aduocati esse apud se nō possent p̄ter tres fecit ordines, vt libro digestorū tertio, titulo de postulando scribit; Vlpianus. Nā alios omnino prohibuit postulare, vt q̄ annos de cē & septē nō cōpleuisset, vt surdū. Alijs p se p̄missit, pro alijs plane p̄hibuit, vt mulierē, vt cæcū luminibus vtrīsq; orbatū, vt corpore suo muliebria passum, vt crimine capitali damnatū. Alijs & p̄ certis dūtaxat psonis, & p se p̄missit. Ijs videlicet, qui infames, sed q̄ minus deliquerint, q̄ q̄ hoc secūdo notati ordine sunt. Pro illis autē postulare possunt, parente, patrono, liberis, patroni, parētibus, fratre, sorore, vxore, genitore, socero, victrico, priuigno, pupillo furioso, fatuo. Defensor alijs ex illis tribus apponere solet, vt ait Cicero in Topicis, aut nō esse factum, aut si sit factum, aliud eius facti nomen esse, aut iure esse factum. Romanæ tres iudicū fuisse ordines plerīsq; in locis Pedianus Asconius significat, senatū, equestrem ordinē, & tribunos ærarios. Sed C. Iulius Cæsar vt ait Suetonius, iudicia ad duo genera iudicū redegit, equestris ordinis & senatorij. Tribunos enim ærarios, qd̄ erat tertium, sustulit. Authore Plinio libro epistolarū primo, Epistola ad Voconīū solebant testes in reos interrogare tertio. Lex erat, vt ait Asconius Pedianus, q̄ iubebat, vt priusq; causa ageretur, testes, per tridū audirentur. In pecuniarijs causis quū quis æris alieni confessus erat, dierū. xxx. dilatio erat, ad conquirendam pecuniam, qui dies Iusti appellabantur. vt A. Gellius cap. j. libri vltimi scribit ex lege. xij. tabularum. Sex. tamen Pōpeius dies Iustos dicit. xxx. quum exercitus esset imperatus, & vexillū in arce positum. In his causis pecuniarijs dilationem plusq; semel tribui nō posse, in capitalibus autem accusatori duas, reo tres dilationes

Nundina
dea.

Iuris ternarij.
Aequitas triplex.

Cōtrouersia faciunt tria.

Aduocati qui ne sint

Iudicū ordines.

FRANCISCVS SYLVIVS

causa vtriusq; cognita dari posse, Paulus iuriscōsultus scribit, libro di gestorū secūdo. titulo de ferijs & dilationibus. Res cōperendinata significat iudiciū in tertiu diem constitutū. vt ait Sex. Pōpeius. Authore em̄ Alconio Pediano Comperendinatio est ab vtriusq; litigatoribus in perē dnu diē hoc est tertiu iurē sibi denūciatio. Nāq; quū in rē aliquā agerent litigatores; & pœna se sacramēti peterēt, poscēt iudicē qui dabat post .xxx. diem. quo dato deinde comperendinū diē, vt ad iudiciū venirent, denūciabāt. Eodē authore mos veterū Romanorū hic fuit, vt si ab soluēdus quis esset statim absolueretur, si damnādus, statim, si causa nō esset idonea ad damnationē, absolui tamē nō posset, vt amplius nunciaretur. Horū triū, quę sunt ex officio iudicis, illę notę sunt A. absolūēdi, s. damnādi, n. l. qd nō liquere significat, ampliandi. Puniēdi tres cause sunt apud A. Gelliu. Tres sunt in ciuitate carceres apud Platonē libro de legibus. x. Vnus plurimis cōmunis in foro rerū venalium, vbi multi, ne fugiāt, custodiūtur. Alter vbi cœtus eorū fit, qui nocte cōgregātur, corectōnis nomine appellatus. Tertius in mediā regione, vbi q̄ maxime solitudo est, supplicij nomine notatus. Antiquitus Erasmo authore qui iudicū sentētijs essent vita ab iudicati, priusq; ad mortem ducerent, ea ijs cōcedebat facultas, vt vino ciborū expleti, tria qdā q̄cūq; libitū esset, dicerent. Inde factū est prouerbiū dicas tria ex curia, tum vsurpari solitū, quū quis loqueret petulantius, sed magno suo malo, aut alicui imprecaret exitiū. Alios multos ex iure ciuili ternarios enumerare possem. vt filiorū, haredū, testamētorū tria genera, triū liberorū Ius, aliosq; sexcentos, quę pr udes omitto, ne res nimiu turgescat.

Interdictōrum trinum genus: vnde repulsi

Vi, furto: aut vtrubi fuerit: quorum ve bonorum.

Interdicta.

Interdicta sunt forme quedam atq; conceptiones verborum quibus p̄tor iubet aliquid fieri, aut phibet. Qd tū maxime fit, quū de possessione aut quasi possessione cōtrouerfia est. Dictū est aut interdictū quā si a p̄tore inter duos actorē & reū dictū. Nec sine his tribus interdictū esse potest: Interdictorū triplex est diuisio: alia em̄ sunt phibitoria, aut restitutoria, alia exhibitoria. Phibitoria sunt quibus p̄tor phibet aliquid fieri: vt si phibeat vim afferri ei qui iure possidet: siue phibeat in loco sacro zdificari, Restitutoria sunt quibus p̄tor aliquid restitui iubet: veluti quū h̄redi iusto h̄reditatē occupatā, eiusve fructus restitui iubet. Exhibitoria sunt per quę p̄tor iubet rē ipsam de qua est controuerfia exhiberi. i. in publicū produci: vt videndi tangēdiq; & experiendi fit ei qui agit facultas. Altera partitio est. Interdictorū quędam sunt ad piscendē h̄reditatis causa comparata, quedam restitendę, quędam recuperandę. Ad piscendē possessionis causa interdictū accommodatur bonorum possessori, qd appellatur Quorum bonorū. Veluti si quis h̄reditatē alienam sciens nesciens ve occupat, ex p̄toris sententia eam reddere cogitur, is cui redditur modo quodam ad piscitur. Ei enim solū utilis est possessio. Nam qui adeptus amisit eam:

Prohibitoria interdicta.

Restitutoria interdicta.

Exhibitoria interdicta.

Ad piscēdi interdicta.

Quorum bonorum.

hoc ei interdictum est inutile. Interdicta retinendæ possessionis causa cõ parata sunt qñ ab vtraq; parte de propria rei alicuius possessione est cõ trouersia, & ante querit, vter ex litigatoribus possidere, vterq; petere de beat. Multũ. n. refert vter possideat. Nã qui possidet: licet iure nullo: possessionẽ tñ retinet: si non potest actor rem pbare suã. Ideo plerũq; & fere semp multa existit cõtẽtio de ipsa possessione. Tũc em̃ p̃toris sentẽtia hæreditatis possessionẽ retinet is: q nec vi, nec clam, nec p̃cario a tpe litis cõtestatẽ possidet. Eius autẽ interdicti duo quondã fuerũt genera: alterum qđ vti possidetis: alterũ qđ vtrobi appellant. Interdicto vti possidetis defundi & ædiũ possessione cõtendebat: quo vincebat is: qui interdicti tempore possidebat: si modo nec vi nec clã nec p̃cario nactus fuerat ab aduersario possessionẽ: etiam si alium: cui nullũ erat ius: vi expulerat, aut clã arripuerat, aut aliquẽ p̃cario rogauerat, vt sibi possidere liceret. Vtrobi interdicto de rerũ mobiliũ possessione cõtendebat, quo vincebat is q maiore eius anni parte nec vi, nec clã, nec p̃cario possidebat. Recuperadẽ possessionis causa solet interdicti: si quis ex fundi possessione aut ædiũ vi deiectus fuerit: q deiecit possessionẽ restituerere compellit. Licet ab eo q vi deiecit vel vi, vel furtim, vel p̃cario acceperit. Tertia est interdictorum diuisio: q aut simplicia sunt aut duplicia. Simplicia sunt: in qbus actor alter est, alter reus. Duplicia: in quibus par vtriusq; litigatoris conditio est: nec qđ p̃cipue, reus vel actor intelligit: sed vnusq; tã rei q̃ actoris partẽ sustinet. Hęc ex lib. iiii. institutionum Iustiniãni. Lib. digestorum xliii. hęc Fufius enarrant. ¶ Vi furto. est interdictũ occupadẽ possessionis gratia comparatũ. ¶ Vtrobi. est retinẽdẽ. Dictũ est autẽ vtrobi quã forma & neutrobi. i. in nullo ex duobus locis. Plaut⁹ in Aulularia. Neutrobi habeã stabile stabulũ si qđ diu ortij fuerat. significat igit vtrobi in aliquo ex duob⁹ loco: vel apud alterũ ex litigantib⁹. ¶ Quorũve bonorum. est adipiscẽdẽ, id est ad quos bona sint. Aqua & igni interdici solet damnatis. vt Sextus ait Pompeius quia hęc duę res humanã vitã continent. Cicero in Lælio. Nõ aqua, nõ igni, nõ aere (vt aiũt) plurib⁹ locis vtimur, q̃ amicitia. Laetantius cap. x. secundi libri author est a veteribus institutũ esse, vt sacramẽto ignis & aquę nuptiarũ fœdera sancirent: eo q̃ fetus animantium calore & humore corporent, atq; ad vitã animen tur. Plutarchus item in problematis ait nouã nuptiam quũ in matrimonium dat ignem & aquam iuberi attingere. Qui etiam funus profecti redibant, aqua resperi ignem supergrediebant, qđ purgatiõis gen⁹ vocabant suffitionem, vt ait Pompeius.

Retinendi
interdicta.

Vti possi-
detis.

Vtrobi.

Interdicto
rũ diuisio
tertia.

Neutrobi
Vtrobi.

Quorũ bo-
norum.

Interdice-
re aqua &
igni.

Aqua &
ignis.

Nuptiarũ
fœdus.

Suffitio.

Triplex libertas. Capitũq; minutio triplex.

Trinum dicendi genus est: sublime, modestum,

Et tenuĩ filo, Triplex quoq; forma medendi

Quæ logos, aut methodos, cuiq; experientia nomen.

Et medicina triplex seruare, cauere, mederi.

FRANCISCVS SYLVIVS

- Libertas.** **C**Triplex libertas. Libertas, vt definit Florētinus iuriscōsultus lib. digestor. j. titulo de statu hominū. est naturalis facultas eius qđ cuiq; facere libet, nisi qđ vi aut iure prohibetur. Libertatis ppriuz esse dicit Cicero in Officijs viuere vt velis. Authore Vlpiano libro digestorum primo titulo de Iustitia & iure gentium tria hominum genera esse ceperunt, liberi, hisq; contrarium, serui, & tertium genus liberti. i. ij qui desierunt esse serui. Martianus in eodem libro titulo de statu hominum duo tantū genera dicit seruorū & liberorū, seruorū aut vnā esse pditionē, liberorū aut hominū quosdā esse ingenuos, quosdā libertinos, ingenuos, qui ex matre libera nati sunt. Libertinos Caius iurisc. dicit qđ ex iusta feruitute manumissi sunt. Est autē manumissio, vt ait Vlpianus datio libertatis. Nam qđ diu quis in seruitute est, manui & potestati suppositus est: & manumissus a potestate liberat. Libertinorū statū fuisse triplicem Iustinianus lib. institutionū. j. meminit. Naz qui manumittebant, modo maximā & iustā libertatē cōsequabant, & fiebant ciues Romani. Modo minorē & latini ex lege Iunia norbana fiebāt. Modo infimaz & fiebant Eliescentia: deditiorū nūero. Triplex itē erat libertas. Vna, ei⁹ qui liber natus est. Altera, eius qui consentiente domino manumissus est. Tertia eius qui recusante domino a pretore liberatus est, vt Aesopū Phrygiuz fabulatorem p̄tor inuito domino Xantho liberasset, nisi dominus tādē assensus fuisset. Eorum qui seruierunt libertas triplex est apud M. Tullium in Topicis. Fiunt enim, liberi aut censu, aut vindicta, aut testamento. Authore Boethio libro cōmētariorū in eadē Topica primo sōli Romani ciues antiquitus censebant. Si qs ergo cōsentiente vel iubente dño nomen detulisset in cēsum, ciuis Romanus fiebat, & seruitutis vinculo soluebat. Erat etiā pars altera adipiscendę libertatis, qđ vindicta vocabat. Vindicta vero est virgula qđā, quā licetor manumittendi serui capiti imponens eundē seruum in libertatem vindicabat, dicēs quāz dā verba solennia, atq; ideo illa virgula vindicta vocabat. Alia etiam pars faciēdi liberi est, si quis sup̄ma voluntate in testamenti serie seruū suum liberū scriperit. Hęc Boethius. De hac libertate triplici Aufōniuz puto in tellexisse, qđ Iustinianus multis fieri modis manumissionem scribat. Aut (inquit) ex sacris constitutionibus in sacrosanctis ecclesijs: aut vindicta, aut inter amicos, aut per epistolam, aut per testamentum, aut p̄ vitimam & quālibet aliam voluntatem: sed & alijs multis modis seruorū libertas competere potest. Erat autem vindicta virga qua seruū ter per cussum p̄tor manumittebat cum hisce verbis ter repetitis. Aio te liberum. De vindictę vocabuli ratione vide T. Liuiuz libro secundo primę decadas, & fufius apud Plutarchuz in vita Valerij Publicolę legere possis. Raso capite serui manumittebantur. Plautus in Amphitryone, Ego hodie raso capite caluus capiam pileum. Vindictam pro libertate vsurpat Perſius satyra quinta. Vindicta postqđ meus a pretore recessi. Tenui item festuca in seruum iniecta manumissio fiebat. Idē in eadem. Hic hic quem quærimus hic est. Non in festuca: licetor quem iacet inep⁹. Plautus in Milite. Quid ea ingenua an festuca facta: serua an libera est? Circūagebatur etiam: qui libertatem nanciscebatur. De quo Politianus ca:

pite octavo & nonagesimo Miscellaneorum. Tribus illis honorari ser- Seru⁹ tri-
 uis solet, quō manumittitur, vt ait Tertulianus in libro de resurre- bus hono-
 ctione carnis, albę vestis nitore, aurei annuli honore, patroni nomine, rari solet.
 tribu, mēsa. ¶ Capitūq; minutio triplex. Libro digestoꝝ quarto titu- Capitis di-
 lus est de capitis diminutione. Ibi Caius iurisc. capitis diminutionē de minutio.
 finit, vt sit prioris status cōmutatio. Authore Paulo iurisc. in eodem
 titulo Capitis diminutionis tria genera sunt, maxima, media, minima.
 Tria em̄ sunt quę habemus, libertatē, ciuitatē & familiam. Quū igitur
 omnia hęc amittimus, maximam esse capitis diminutionē. Quū amit-
 timus ciuitatē & libertatē retinemus, mediā esse capitis diminutionē,
 & quū libertas & ciuitas retinetur, familia tantū mutatur, minimā esse
 capitis diminutionē constat. Sextus autē Pōpeius. Diminutus (inqt)
 capite appellatur, qui ciuitate multatus est: & ex alia familia in aliam
 adoptatus, qui liber alteri mancipio datus est, qui in hostrium potesta-
 tem venit, cuiq; aqua & igni interdictū est. ¶ Trinū dicendi genus est. Dicendi
 In carmine & in soluta oratione probabilia dicēdi tria sunt genera, quę tria gñā.
 Gręci & Ἀρδύ. i. copiosum, ἰχθύς. i. gracile, μέδον. i. mediocre appellāt.
 Huberi dignitas atq; amplitudo est: gracili venustas subtilitasq; me-
 dius in cōfinio vtriusq; est particeps. His autē singulis orationis vir-
 tutibus (vt alijs) æmula quędā vitia pari numero agnata sunt: quarū
 modū atq; habitum simulacris falsis ementiūtur. Vt sufflati & tumidi
 pro huberibus fallūt, squales & ieiuni p̄ gracilibus dicūtur. Incerti
 & ambigui mediocres esse putant. Triū horum dicēdi generū exempla
 sunt apud Latinos. Apud Pacuuiū hubertatis: apud Lucilium gracili-
 tatis: mediocritatis apud Terētiū. Tribus tria hęc Homerus tradidit.
 Magnificū & huber in Vlysse: in Menelao subtile & cohibitū: mistum
 moderatūq; in Nestore. In tribus itē philosophis Atheniēsi⁹ tria hęc
 genera cognita sunt. Siquidē Carneades violēta & rapida. Scita & tere-
 tia Critolaus. Diogenes autē modesta & sobria dicebant. Hęc ex A. Gellij
 capite decimoquarto libri septimi. Tria hęc dicendi genera sublime in
 Aeneide: humile in Bucolicis: in Georgicis mediocre Virgiliū obseruat
 se nemo nescit. Tria hęc eadē dicēdi gñā Quintilianus duodecimo Insti-
 tutionū oratoriarū libro describit. Qd̄ autē est μέδον, id ἀνθρώπων. i. flo-
 ridū appellat. Quorū primū mouēdi, scđm docēdi, delectādi tertiū, siue
 aliud intercōiliādi p̄stare videt officiū. In mouēdo em̄ grauitas, acūmē
 in docēdo, in interconciliādo lenitas videt. ¶ Triplex quoq; & c. In tres
 scđas triptita est medicina: in logicen, in empiricē, in methodicē. Lo-
 gice dicitur latine rōnalis medicina, quę abditas morboꝝ causas inqrit.
 Empirice (quę & πὸ τῆς ἐμπειρίας. i. ab experiētia nomē accepit) ea est
 quę in experimētis versat. Professores cui⁹ empirici nominant. Metho-
 dice est intermedia, & veluti in cōfinio vtriusq; collocata. Dicta eo qd̄ sit
 quasi via quędā eorū q̄ in morbis p̄munia sunt. μέθοδος enim breuis
 est via ad disciplinā. Methodici neq; rōnabilibus medicis, neq; empiricis
 adnumerari volūt. Logicus medicus: qui etiā dogmaticus appellatur
 fuit Hippocrates medicorū maximus. Empirici fuerunt Philippus
 Cōus, & Serapion Alexandrinus. Methodicus Archigenes & Temison

Dicendi tria gñā.

Dicendi si-
 mulata
 tria gñā.
 Pacuuius
 Lucilius.
 Terētius.
 Vlysses.
 Menelaus
 Nestor.
 Caneades.
 Critolaus.
 Diogenes.

Medicoꝝ
 scđa tri-
 plex.
 Empirica
 medicina.
 Methodi-
 ca medici-
 na.

FRANCISCVS SYLVIVS

Logica medicina. Logicen tantū Galenus probat, reliquas infestatur. Hęc ex Beroaldo in comētarijs in vitā Domitiani apud Suetoniū. Serapion (vt Cornelius Serapion. Cellus in proœmio author est) rationale disciplinā nihil ad medicinā pertinere primus omnium professus in vsu & experimētis eam posuit. Quē Apollonius & Glaucias, & aliquāto post Heracides. Tarētinus, alijq; nō mediocres viri secuti ex p̄ssioe ipa se empiricos appellatarūt.

Homo cōstat trib⁹. Marsih⁹ Ficin⁹ i ep̄is tradit hoīem corp̄ spiritusq; & aio q̄ stare, corp⁹ medicinē remedijs curari. Sp̄m (q̄ aerius sanguis vaporē, & aīę corp̄isq; qdā quasi nod⁹) aerijs odorib⁹, sonis & cantib⁹ nutriri atq; tēpari. Aīm aut̄ diuinū diuinis theologiē mysterijs expiari. Ap̄ Ægyptios vna ea dē facultas trib⁹ occupata erat, pharmacis, fidib⁹, mysterijs. Medicinā quinq; ḡna ēē Plato putauit, vt est ap̄ d̄ Diogenē Laertiū lib. iij. Vnū est ei⁹, q̄ morbis medicamēti potiōe subueniat. Alterū, q̄ sectione vsitioneq; curet, quā chirurgicā appellāt. Tertiu, q̄ sola vict⁹ rōne & ordine arceat ægritudines. Quartū, q̄ ex celeri morboꝝ discretiōe succurrat ægrotis. Quintū, q̄ strēnuo auxilio dolores cōtinuo subleuet. De medicina q̄ in comētario in ep̄las dicebam⁹, hic nō repetim⁹. ¶ Logos. i. ratio. λόγος eīm sermo & rō d̄r. Christū Gręci λογος est vox & sapiētia dei, vt Lactiā⁹ Gręci q̄ nos appellāt. Siqdē Christus est vox & sapiētia dei, vt Lactiā⁹ cap. ix. quarti libri author est. Nō aliena erit lectio si legas. Cui logos & Methodos cuiq; experiētia nomē, ad hęc sentētia. Triplex est forma mēdēdi, ea cui logos. i. logice, cui methodos. i. methodice, & cui experientia. i. empirice nomē dedit. ¶ Seruare. i. incolumitatē, retinere. ¶ Cauere. i. morborum causas euitare, morbisq; venientibus occurrere.

Tres oratorum cultus regnata colosso

Quem Rhodos:actæa quem dilexistis Athenæ:

Et quem de scenis retrica ad subsellia traxit

Prosa Asia: in causis numeros imitata Chororum.

Dicendi tria ḡna. ¶ Tres oratoꝝ cultus &c. Triplex dicēdi gen⁹ fuisse scribit Quintilian⁹ li. Institutionū oratoriarū duodecimo Atticū, Asiaticū, Rhodiū. Atticū pressum, integrū, emūctū, limatū erat: nihil inane aut redūdās ferebat. Asiaticū inflatū, inane, tumidū, vaniore dicēdi gloria iactabūdū. Qd̄ qdā (in qb⁹ est Sātra) hoc putāt accidisse, q̄ paulatim sermōe Gręco i p̄xias Asię ciuitates influēte nodū satis p̄ti loq̄dēdi faciēdi cōcupierint. Ideoq; ea q̄ pprie signari poterāt, circūto cœperint enūciare, ac deinde i ea p̄se uerauerit. Tertiu mox q̄ hęc diuidebāt adiecerūt gen⁹ Rhodiū, qd̄ velut mediū esse, atq; ex vtroq; m̄sū volūt. Neq; c̄m Atticū pressum est, neq; Asiaticū abūdans, vt aliqd̄ videat̄ habere gētis, aliqd̄ authoris. Aeschines enim qui hunc exilio delegerat locum, cō Athenarū studia intulit, quæ velut sata quæ ad cælo terraq; degenerāt: Atticū illū saporē peregrino miscuerūt. Lenti ergo quidē ac remissi nō sine pondere tamē, neq; fontibus puris, neq; turbidis torrētib⁹: set stagnis lenibus similes habent. Nemo igitur dubitauerit longe esse optimū genus Atticorum. In quo

vt est aliquid inter ipsos cōmune. i. iudiciuz acie tersumq; ita forme in
 geniorū plurimū. Hęc ex Quintiliano. Asiaticę orationis duo genera Ci
 cero in libro de Oeatore ad Brutū scribit. Vnū sentētiōsuz sentētijq; ar- **Asiatica**
 gutū; non tā grauib;: et si veris q̄ cōcinnis & venustis. Qualis in histō- **oratio dur-**
 ria Timęus. Aliud nō tā sentētijis frequētātū, q̄ verbis volucree atq; inci- **plex.**
 tatū: quale est nūc in Asia tota: nec flumine solū orationis: sed etiā exor-
 nato & faceto genere verboꝝ. In q̄ro fuit Aeschilus Gnidi? & Aeschines
 Milesius. In his erat admirabilis orationis cursus: ornata sentētiarum
 cōcinnitas nō erat. Quę dicēdi ḡna adolēcētib; aptiora sunt: in senibus
 grauitatē nō habēt. **Regnata.**
 Regnata p̄cipiū est sine v̄bo, vt triūphat; errat; laborat;. **Participia**
 laborat;. Virgilius Aeneidos. iij. Terra p̄cul vastis colē mauortia cam **sine verbis**
 pis Thraces arāt: acri q̄ rōdā regnata Lycurgo. Idē in septimo. Regnata
 p̄ arua Saturno quōdā. Idē in p̄mo. Arte laboratę vestes. Idē i tertio. Ta
 lia mōstrabat relegēs errata retrorsuz littora. Idē in vndecimo. Ille triū-
 phata capitolia alta Corintho. Author. est Priscianus libro vndecimo.
 Tertulianus tū in Apologetico orbem regnari dixit. ¶ **Colossus**
 Plinio capite septimo libri q̄rarti & tricesimi, statua sunt molis tantę **rhodius.**
 vt turrib; equiparadę sint: quales multos multis in locis habuit antiq̄-
 tas. Sed ante omnes in admiratione fuit Solis Colossus in vrbe Rhodo
 A quo Rhodios Colossenses appellant. Colossū hunc Lyndius Cares
 Lyssipi discipulus cubitorū septuaginta altū fecit. Quod simulacrum
 post annū quingētesimū sextum terrę motu prostratum cecidit. Iacens
 quozq; miraculo esse nō cessauit. Eius enim pollicem paucū amplecteban
 tur. Maiores erant digiti, q̄ plaręq; statua. Defractis membris specus
 hiabāt maiores. Magne molis saxa intus aspiciēbātur: pondere quozuz
 illud stabiliuerat artifex. Quod opus annis ter quaternis. i. duodecim
 trecentis talentis absolutum est. Colossū hunc Rhodium Iouis non
 Solis esse simulachrum: idq; cubitorū septuaginta altum fuisse Strabo
 libro decimo meminit. Annumerat̄ aute; vnum e septem mundi mira- **Miracula**
 culis. Reliquozum autē nomina huc apponemus. Aegypti pyramides **mundi.**
 de quib; Herodot; libro secūdo & Plinius capite duodecimo libri trice-
 simi sexti. secundum fuit Babylonis in mesopotamia a Semiramide con-
 structio: de qua Herodot; libro primo & Aristoteles capite secundo
 tertij libri Politicon. Tertium Dianę Ephesię templum, de quo apud
 Strabonem libro decimo quarto. Quartū est Aegypti pharos Quintuz
 est ara Dianę in insula delo: non autem Iouis Ammonis simulacrum:
 vt multi putantes hallucinant; r. de qua Politianus capite secundo &
 quinquagesimo Miscellanorū. Sextum Mausoli in Caria sepulcrum: de
 quo Herodotus libro septimo & A. Gellius capite vndeciesimo libri de
 cimi meminerunt. ¶ **Rhodos** vrbs & insula in mari Carpathio dicta a
 Puella noie Rhodia quam Apollo amauit. Eam autē Apollinis sacram
 ideo putant: q̄ in principio insula paludib; referta, admodūq; humida
 solis calore desiccata est: atq; ante alias fœcūda reddita est, vt ait Diodo-
 rus lib. vj. Idcirco Pindarus aurū pluuisse Rhodi cōmēt; est, vt est apud
 Beroaldū in cōmentario Suetonij de Cæsare dictatore. Solinus tamen
 capite vicesimo tradit eam esse causam: quoniā nō est vnq; cœlū ita nubi

FRANCISCVS SYLVIVS

Aetæ. **Athenæ.** Ium, vt in sole Rhodos non sit. Rhodi tria signoruz milia fuisse Plinius ca. vij. libri tricesimi quarti memorie p̄dit. ¶ Aetæ. i. litoralis. Nā αττη litus. Virgilius libro Aeneidos quinto. At p̄cul in sola secreta Troades acta Amissum Anchisen fiebāt. Acta sola, id est litore deserto ἀκταίοσ λι foralis dicit. Vel vt ait Serui⁹ in cōmētarijs Buccolicon Virgilij ἀκτιό primo dicitē sunt Athenę. Lactātius ī cōmētario libri quarti Thebaidos Stathij Aetæa (inquit) dicit regio attica. Martian⁹ Capella libro sexto. Ab isthmi (inquit) angustijs Hellas incipit: a nostris appellata Græcia. In ea prima Attica antiquitus Aetæ vocitata. Non desunt tamen qui ab Aetæo rege indigena nomen sumpsisse cōtendant. Athenas fuisse trinas ante me minimus. ¶ Athenæ quur dicitē sint ex M. Varrone D. Augustinus lib. de ciuitate dei. xviii. ita meminit. Enata forte (inquit) in Athenaruz arce oliua aquarū itidem scaturigine mox emanante Cecrops Athenarū rex hisce portētis futurā metuit calamitatē: quonā sit causa ne ignoret: legatos qui Apollinis oraculū consulant dimittit. Legati ostētū nō esse ad calamitatē vllam significandā renunciant: sed deorū duorū inter se certantium contentionem esse: vter eorū Athenis imponēdi nominis author esset. Per oleā enim Mineruā, per vidā Neptunū significari. Quare intergrum & liberum nunc Atheniensibus esse vtrius dei nomine ciuitatem appellandam velint decernere. Mares & fœminas (quæ etiam cōsultationibus publicis aderant) ad ferenda sup̄ hac re suffragia Cecrops accersiri iubet. Neptuno mares, fœminę Mineruę suffragatur. Fœminæ vincunt vna plures. Quare indignatus Neptunus tam superfluum effudit aquarum redundantiam, vt Atheniensium terram fere omnem vna maris facies occupauerit. Neptunū vt placent Atheniēsēs victrices illas mulieres pœna triplici multat. Vt ne quis vocet eas Athenias, vt nascētium nullus matris nomine appelletur, vt postea illarum nulla ferat suffragium. ¶ Et quem de scenis & c. i. Asiaticum dicendi genus: quōd in scenis tantū primitus est vsurpatum: sed ad curiam quoq; senatoriā & forensem postea tractū est. Scena vt author est Seruius in cōmentario libri Aeneidos primi: inumbratio latine dicit. Antiquit⁹ enim theatralis scena parietes nō habebat: sed de frōdibus vmbacula querebant. Postea tabulata in modū parietis cōponebant. Tria scenaruz genera Vitruui⁹ cap. viii. quinti libri numerat tragicum, comicum, satyricum. Tragica scena deformatur signis, rebusq; regalibus. Comica priuatoꝝ ædificioꝝ speciem habet. Satyrica arborib⁹ ornatur speluncisq;, & rebus agrestibus. Scena quo scribi modo debeat nō est cognitum satis. Secunduz Seruius qui ἀπὸ τῆς ὀκτινῆς inclināt: diphthongum non recipit. M. Varro libro de lingua latina tertio. Ante e alij a alij o præponunt, vt alij scæptrum, alij scæptrum, alij fœneratorem, alij fœneratorē dicunt, sic fœnifeca & fœnifeca dicitur: sic cælum & cœlum. quibus varia originis eius sententia id efficiat. A multis itē dubitari videm⁹ fœlix ne an fœlix scribendū sit. Nos autem cū Prisciano fœlix sine vlla diphthōgo scribendū censemus. Veteres tamen fœlix cū duobus e scribebāt vt vii⁹rtus ij q̄s esse diphthōgos veterum Politianus cap. xliij. Miscellanorū putare videt. Sed pleriq; in locis author est Priscianus morem illum fuisse quondaz, vt vocaz

Athenæ
quur dicitē

Scena

Scæptruz.
Fœnus.
Fœnifeca.

Felix sine
diphthō-
go.

lis longa geminaretur. A scena obscenū inclinari putat idē Varro: q̄ nisi in scena palā dici nō debet. Obscena verba in scena dici, verba illa diui Augustini cap. iiii. secundi de ciuitate dei testant. Illā (inquit) turpitudines obscenōrū dīctorū atq; factorū scanicos ipsos domi suę procludendi causa coram matribus suis agere puderet: quā per publicū agebant coram deo; matre spectāte & audiēte vtriusq; sexus frequētissima multitudo. Ab Obscis Italię populis stuprū incōcessę libidinis oscena mox obscena dici eo q̄ ei⁹ ab Obscis iudicta fuerit cōsuetudo, Verri⁹ putat: vt author est Festus Pompeius sextus. Id qd nō recipit ipse Pompeius: quoniam apud omnes fere antiquos oscena dicta sunt q̄ mali ominis habentur. Virgilius lib. Aeneid. iij. de Harpyijs. Obscenas pelagi ferro violare volucres. Obscenas (inquit Serui⁹) eas aures dicunt, quā cantu aduersa p̄ dicunt. Idem in lib. xij. Ne me terrete timentē Obscena volucres. Obscenas volucres appellat furias. Priscianus lib. ix. ab obs & canēdo componit. Ceterū his excellentis doctrina viris reluctari meū non sit iudiciū: quid tamen super ea re sentimus paucis accipe. Obscenū cōponi ex particula ob (quæ circum significat) & nomine cōno, vt id sit obscōnum qd̄ in circuitu cōnosum est: sed ad alia significat⁹ eius vt aliorum multo; transit. Particula ob composita cu; doctiōe a c̄ incipiente s̄ accipit Authore Prisciano libro secundo vt obscurus obscōnus: quę eadem vis est particula; ab: vt abscondo, abscedo. Quam vis ergo delige sententiam.

¶ Tetrica ad subsellia. i. in forum & curiam. Romani magistratus gręcis nunq̄ nisi latine responda dabant. Ipsa em̄ volubilitate qua Gręci valent plurimum excussa per interpretem loqui cogebantur: non in vrbe tantum: sed etia; in Gręcia & in Asia: quo latine vocis honos p̄ omnes gentes diffunderetur venerabilior. Author est Valerius libro secundo titulo de institutis antiquis: qui idē verba hæc subnectit. Quis ergo (inquit) huic consuetudini qua nunc gręcis actionibus aures curia; exurdantur: ianuam patefecit? Vt opinor Molo rhetor (quem Rhodium dixerunt) qui studia M. Ciceronis acuit. Eū; namq; ante omnes exterarū gentium in senatu sine interprete auditum constat. Quem honore; nō immerito cepit: quoniam vim summam eloquentia; Romanæ adiuuerat. Quibus ex verbis coniectura colligo Asiaticum illud dicendi genus fuisse in foro etiam vsurpatum.

¶ Tetrica, id est vbi tetrici iudices aut senatores seueri & superciliosi sedere solent & consultare. Nam Tetricus mons est in Sabinis asperissimus: vnde tristes homines tetricos appellamus. Author est Seruius in commētario libri Aeneidos septimi.

¶ Asia pars est mundi tertia Noa enim designauit illas, tres orbis partes Asiā, Africā, & Europen, vt ante diluuium viderat. Testis est Berofus. De tribus his partibus Dionysius in libro de situ orbis (vt alij permulti) meminit. Dicta est Asia, vt tradit M. Varro libro de sermonis latini ratione primo: a nympha Asia, ex qua & Iapeto natus est Prometheus. Herodotus libro quarto Asian Promethei vxorem appellat.

¶ Numeros .i. sonos. Virgilius in Buccolicis, Numeros memini si verba tenerem. Tria sunt præter hæc quæ dicendo efficienda sint authore Cicerone libro de claris oratoribus, vt doceatur is apud quem dicitur, vt deleat:

Obscenus
vnde dicat

Molo Ciceronis
preceptor.

Tetricus.

Asia.

Tria in dī
cedo obser
uanda.

FRANCISCVS SYLVIVS

Oratori
tria viden
da.

tur, vt moueatur vehementius. Tria (vt idem memoria tradit) viden-
da sunt oratori: qd dicat: quo quicq; loco: quō dicēdū oīno est. Itēq; tria
causarū genera libro de inuētiōe primo memorat. Demōstratiuū, id est
laudatoriū vel vituperatoriū. Deliberatiuū. i. furatoriū vel diffusio-
riū: iudiciale. i. accusatoriū, defensoriū, aut petitoriū. Idē in libro de ora-
tore perfecto. Tria (inqt) ad dicēdū faciūt: ingeniū, ars, diligētia. Tria illa
maxime oratori spectāda vt oculiet eos q audiūt, vt aios eor; ad quēcūq;
causa postulabit motū vocet, vt pbet vera eē q defendat. Author est idē
Cicero libro de oratore. ij. Ascribi plurima possunt ex rhetoricis.

Tria ad di
cendum fa
ciunt.

Orpheus in tripodes quia sunt tria terra aqua flamma

Triplex sideribus positus. distantia, forma,

Et modus. Et genitrix modulorum musica triplex

Mista libris, secreta astris, vulgata theatris.

Tripod.
diuinatio
triplex

¶ Orpheus in Tripodes. Orpheū de numerorū ratione libru; scripsisse
putam⁹: vti de M. Varrone pri⁹ dicebam⁹: Egnati⁹ em̄ Baptista racema
tionū capite vltimo de numeris locut⁹ p ternario numero atq; septena
rio eū citat. Secūdū (inquit) Orpheum tria ab initio rerū principia pul-
ularūt. Nox terra & cēlū. Tria tñ alia hic numerat Ausoni⁹ terrā, aquā,
ignē. Nam quū nouē esse de naturē principijs opinioniones numerabam⁹:
eam esse sextā ponentiū tria aquā ignē & terrā dicebamus. Tripodas autē
ideo fortasse appellat Orpheus: qa q in eis scripta sunt libris diuina sūt
& nō minus vera, q si ex Apollinis tripode fuissent profecta. Erat autē tri-
pos Lauri species tres habens radices Apollini cōsecrata ppter triplices
vim diuinatiōis. Nā & sol p̄terita videt: p̄sentia cernit: futura visur⁹ est:
vt author est Lactātius in cōmētario libri Thebaidos primi. Huic per-
simile est illud qd Martianus Capella libro. ix. tradit. Tripos (inqt) trini
cursus p̄sagia pollicet: hoc est extantis, instātis, & rapti. Est etiā tripos
(vt ibidem ait Lactāti⁹) mēsa Apollinis corio Phytomis serpētis tecta. Ba-
ptista Pius in cōmētario libri primi Lucretij memorie dat tripodē esse
machinā trib⁹ cōstātē gradib⁹: per quā tut⁹ esset pythia in Apollinis spe-
cū descēsus, quū responsa captaret. ¶ Delphici oraculi eiusq; tripodis fa-
ciendi quē causa fuerit Diodorus Syracusius ampliter scribit in libro
de vita Philippi Macedonū regis ad hāc fere sentētia. Antiquitus inquit
ea fama inualuit, capras oraculū ipsum inuenisse, cuius gratia delphi-
ci hac quoq; tēpestate capris sacrificantib; cōsulēdo oraculo. Inuētū ve-
ro itā aiunt. Quū eo in loco vbi nūc tēpli adytū est, terrē hiatus pateret,
circūq; errarēt capre, qd scilicet delphi id tēporis inculti erāt, vsu venit
sepe, vt ad specū illā capra qdā accedes ac introspicēs miris qbusdā exul-
tationibus & voce prius insueta incredibile pastoris suo admirationem
cōcitarēt, vt & ipse sitū eius loci spectatū accelerit. Eū tūc, qd capris eue-
nerat, ingens p̄furbatō corripuit, vt ille ea p̄pmodu; q diuino furore
vexatis accidūt paterēt, hic vero p̄ter illa etiā futura p̄diceret. Quapro-
pter apud ei⁹ regionis hoies diuulgata mētis agitatione, q ad hiatū acce-

Delphici
oraculi &
Tripodis
causa.
Caprarū
inuentū.

dentibus; oboriret: illuc cōueniebant cōplures. Quicūq; tentādi gratia propius accedebat spiritu diuino agitabat. Propterea res admirationi fuit, creditūq; est, terrestre illud oraculū esse. Idq; diu obseruatū est, vt cōsulturi de rebus suis ad hiatum accētes alter alteri respōsa redderēt. Sed quū ex furore multi in p̄ceptis desilierēt interirētq;, q; locū cū ser- urabāt, insituerūt. ne quisq; ibi periclitaret, sceminā vate ad vsūm oim deligi, a qua oracula acciperent. Ei vero machinā erigi, sup̄ quā tuto & diuinitus afflari, & cōsultēb⁹ respōdere possēt. Quia vero ea machina futuris tribus sustinebat, tripos nuncupata est, Cuius facie ferme & nūc retinet̄ ærei tripodēs. Asconius Pedianus scribit ex nōnullo sentētia dici delubra ea tēpla, in qbus nunc delubra. i. lauacra corporū abluē dorū essent, more donei Iouis aut Apollinis Delphici, in quorū delu- bris lebentes tripodēsq; visunt. Authore Virgilio i carmine de Orpheo. Threicius quondam vates

Tripos.

Fide creditur canora Mouisse sensus trium fratrum.

¶ Triplex sideribus positus &c. Triplex est positio & p̄sideratio i siderū ratioe collocata, quātū distēt, q̄ forma sit, q̄q; insit harmonia. De forma ratioe prius loquimur, quoniā de distātia & modo simul est loquēdum aptius. Sidera spherice. i. rotūde esse figurę Aristoteles libro. ij. de Celo & mūdo affirmat. Cui⁹ in sentētiā cōcedit Cicero. Eiusq; verba hęc sunt ex libro de Natura deorū secūdo. In æthere (inqt) astra voluūtur, q̄ & se nifu suo globata p̄tinēt: & forma ipsa figuras & sua momēta sustētāt. Sūt aut̄ rotūda. qb⁹ formis minime noceri pōt. Sūt aut̄ si ellę natura flā me: quocirca terrę, maris, aquarū vaporib⁹ alunt̄ ijs, q; a sole ex agris te pefaciōs & ex aq; excitant̄: qb⁹ altę renouatęq; stellę, atq; oīs ether refun dūt eadē: & rursuz trahūt i idē: nihil vt fere itereat, aut admodū paulū: qd̄ astroꝝ ignis & etheris flāma p̄sumat. Ex quo euēturū nr̄i putāt id, de quo Panetiū addubitare dicebāt, vt ad extremū oīs mūdus ignesce- ret, quū humore p̄sumpto neq; terra ali possēt, neq; remearet aer: cui⁹ ort⁹ aqua oī exhausta cē nō possēt. Ita nihil relinq̄ p̄ter ignē. A quo rur- suz animāte ac deo renouatio mūdi fieret: atq; idē ornāt⁹ oriret. Hęc il- le. Quū igit̄ dicat Cicero sidera pasci nutririq; terrę & aquarū humori bus: loc⁹ est Virgilian⁹: q; nūc offert se emēdādū. Sic. n. legūt̄ oīs in libro Aeneidos p̄mo. In freta dum fluuij current: dum montibus vmbra- Lustrabunt: conuexa polus dum sidera packet:

Stellarū q̄ forma.

Stellarum pabulū.

Mundus ignesce- ret.

Virgilij lo- cus emen- datus.

Semp̄ honos, nomēq; tuū, laudēq; manebūt. Vbi polus scriptū est esse aduulterinā vocē & suppositiā a aru mē. Vna igit̄ litera fere eiūsdē for- mę mutata palus scribēdū est, vt ea sit sentētia: quādiu palus. i. humor packet sidera cōuexa. i. rotūda, semp̄ honos &c. Priore em̄ versu de mū- di p̄petuitate meminit. Mūdūq; nūq; periturū dicebat Cicero: quādiu hisce terrę marisq; & aquarū humorib⁹ sidera alerent. Adde q; sup̄ his astroꝝ nutrimentis in eodē libro. ij. meminit Cicero. Solis (inqt) candor illu- strior est, q̄ vllus ignis. Quippe q; immēso mūdo tā lōge lateq; collu- ceat, & is eius iactus est: nō vt tepefaciat solū, set etiā sepe cōburat: quo- rum neutrū faceret: nisi esset ignitus. Ergo (inqt) quū sol igneus sit, oceanisq; alatur humoribus (quia nullus ignis sine passu aliquo possit

permanere) necesse est aut ei similis sit igni:quem adhibemus ad vsu
 atq; ad vsu, aut ei qui corporibus animatiū continet. Atq; hic noster
 ignis, quē vsus vitę requirit, confector est & cōsumptor. Idēq; quocūq;
 inuasit cuncta disturbat atq; dissipat. Contra, ille corporeus, vitalis, &
 salutaris omnia cōseruat, alit, auget, sustinet, sensuq; afficit. Negat er-
 go esse dubiū, sol horū igniū ytri similis sit, quū is quoq; efficiat vt oia
 floreat, & in suo quęq; genere pubescat. Quare quū solis ignis similis
 eorū igniū sit, qui sunt in corporibus animatiū, solē quoq; animatē esse
 oportet, & quidē reliqua astra, quę oriātur in ardore celesti, qui æther
 vel celū nominat. Hęc ille. Author idē Probabile est (inquit) prestātem
 intelligentiā in sideribus esse, quę & ætherā partē mūdi incolāt: & mari-
 nis terrenisq; humoribus longo interuallo attenuatis alātur. Idem li-
 bro tertio. Nobis (inquit) placet omnē ignē partū indigere nec pmane-
 re vilo modo posse nisi alatur. Ali autē solem, lunā, reliquaq; astra aquis
 alia dulcibus, alia marinis. Eāq; causam Cleantes dicit, quur se sol refe-
 rat, nec longius p̄grediat solstitiali orbe: itēq; brumali ne longius disce-
 dat a cibo. Nūc autē cōcludat illud qđ interire possit: id ætheriū nō esse
 natura: ignē autē interiturū esse nisi alatur, nō esse igit natura ignem
 sempiternū. Hęc ille. Cuius a sentētia nō discedit Plutarchus, quū li-
 bro de placitis philosophorū secūdo. Stoici (inqt) solē subiecti sibi alimē-
 ti p̄currere tractū, nec vltra progredi dicūt. Esse autē Oceanū terrā ve-
 cuius expiratibus pascitur. Vnde non longule distita sunt hęc verba.
 Heraclitus solē atq; lunam eodē modo affici dicit. ambas em̄ stellas in
 scapham figuratas esse: ipsaq; illu strari spiraminibus humidis, vt cō-
 spicue sint: solē qđ splēdidius, vt q in aere liquidiore veltetur. set lunā
 turbidiorē: ex quo & fusciorē esse. Aristoteles libro Methéoron secūdo
 ex nōnullorū sententia refert solē virtute sua eleuare subtile humidū &
 dulce: quo se pascat, nutriat, & alat: alioqui corrumpetur: sed quādiu
 habeat alimētū viuere, humidūq; soli esse alimentū, vt flammę. Solēq;
 flammę similē esse putarūt. Quā opinione ridendā esse licet dicat Ari-
 stoteles, ad eā tamē Virgiliū allusisse nō dubitamus. Poetas em̄ opinio-
 nes etiā vulgi aliquādo, immo sēpius imitari est in confesso. Virgilius
 libro Aeneidos p̄mo. Quid tantum oceano properent se tingere soles.
 Vulgus em̄ putat solē quū occidit in mare decidere. Hanc nostrā sentē-
 tiam firmiter Seruiana sustinet authoritas. Cuius verba sunt in eo
 Virgilij loco. Pasci (inqt) aquis marinis cælestes ignes phisici dicunt.
 Lucanus. Atq; vnde plusq; qđ digerat aer. Palus ergo nō polus legendū
 esse credimus. Lu strabūt autē in hisdē versibus absolutū est p̄ lu strab-
 būtur, vt in eodē p̄m. Scindit se nubes: & in æthera purgat apertum. i.
 purgatur. Quod dicēdi genus Virgilio familiare est. Ab oratorio quo-
 q; stylo nō est alienū. A. Gellius capite vltimo secūdi libri. Fluctus qui
 flante aquilone maximi ac creberrimi excitantur: simul ac ventus por-
 suit, sternūtur, & conflagrascūt, & mox fluctus esse desinūt. Idē eiusdem
 libri capite duodetricesimo. Vbi terram mouisse senserant: nūciatum
 ve erat: ferias eius rei causa edito imperabāt. Posuit, id est posit⁹ est.
 mouisse, id est motā fuisse, id qđ adiunximus, quia multos in eius car-

Aether.

Poetas a
 vulgi opi-
 nione ali-
 quādo non
 discedere.

Actiū v-
 bū absolu-
 te positū.

minis interptameto herere videm⁹. Sz ad stellarū formā redim⁹. Rotur⁹ **Stellas esse**
 das esse stellas (vt ibidē tradit Plutarchus) vt lunā, solē, mūdū. Stoici pu **Stellarum**
 tauerūt. Cleantes turbinales. Anaximenes clauorū i modū suffixas. Sūt **formam et**
 q bractes ignitas eē putēt tanq̄ picturā. ¶ Distātia. i. quātū distēt inter **se variam.**
 se sidera. De quo Plini⁹ cap. j. & .xx. libri secūdi. Interualla (inqt) sideruz a **Planetarū**
 terra multi indagare tētauerūt, & solē abesse a luna vnde viginti ptes, quā **distātia.**
 tum ipsam a terra pdiderūt. Pythagoras vero vir sagacis animi a terra **Stellarum**
 ad lunā cētū viginti qnq̄ milia stadiorū eē colligit. Ab ea vsq̄ ad soles du- **ordo.**
 plū. Inde ad duodecim signa triplicatū. In qua sentētia Gallus fuit Sulpi **Stellarum**
 tius. Stellis tñ q̄ sit ordo non eodē modo sentiūt oēs. Xenocrates enim in **ordo.**
 vna eadēq̄ superficie moueri putat. Plato post eas quæ in octauo cælo **Stellarum**
 herēt Saturni stellā primā: secūdā Iouis, tertiā Martis, quartā Veneris, **ordo.**
 Mercurij quintā, sextā Solis, & Lunæ septimā. Quidam mediū oīm So- **Stellarum**
 lē. Anaximāder, Metrodorus Chius, Chrates Solē omniū supmū esse cō **Stellarum**
 stitutū, post, quē lunā, infra hos errātes inerrātesq̄, vt Plutarchus me- **Stellarum**
 minit. ¶ Modus. i. modulatio, concētus harmonia cælestis. Pythagoras **Stellarum**
 (vt est apud Cenforinū cap. xiiij.) hunc mūdū totū ratione musica factūz **Stellarum**
 esse putat: septēq̄ stellas inter cælū & terrā vagas (P. Nigidi⁹ erronez ap **Stellarum**
 pellat) motū habere εϋρυσμοϋ. i. cōcinnū & interualla qdā spatijz musi- **Stellarum**
 cis motū habere cōgrua: sonitusq̄ varios reddere pro sua quāq̄ altitu- **Stellarum**
 dine ita cōcordes vt dulcissimā quidē cōcinant melodiā. A terra igitur ad **Stellarum**
 lunā putauit esse stadiorū circiter centū viginti sex milia: idēq̄ esse toni in **Stellarum**
 teruallū. A Luna ad Mercurium dimidiū eius velut hemitonion. Hinc **Stellarum**
 a Venere fere tātū dē: hoc est hemitonion alterū. Inde ad Solē ter tantuz: **Stellarum**
 quasi tonon & dimidium, qd̄ vocat Diapente. A Luna vero ad Solē Dia **Stellarum**
 tessaron. i. duos tonos & dimidium. A Sole ad Martem tantū spatij, quā **Stellarum**
 tum a terra ad lunam. i. tonon. A Marte ad Iouem hemitonion. Hinc ad **Stellarum**
 Saturnum etiam hemitonion. A Saturno ad cælū vbi signa sunt itidem **Stellarum**
 hemitonion. A summo igitur cælo ad Solem spatium est diatessaron. A **Stellarum**
 terræ igitur summitate ad cælum in quo signa sint, sunt sex toni. In qui **Stellarum**
 bus est Diapason symphonia. Doryaus mundū hunc organū dei appel **Stellarum**
 lauit: vt idem author est. Plinius cap. xxij. secūdi libri ex Pythagoræ **Stellarum**
 authoritate: a terræ summitate ad cælum in quo signa sunt tonos septē **Stellarum**
 numerat quam Diapason harmoniam vocant. Eam cæli harmoniā qua **Stellarum**
 re non audiamus interrogatus Pythagoras respondit: quia toni nobis **Stellarum**
 congeniti sunt, eamq̄ audiendi consuetudinē traximus: ideo nos non **Stellarum**
 iudicare ipsam audire. Quæ admodū malleatorib⁹ contingit: qui quum **Stellarum**
 in cuedendo graueis sonos edant ob audiendi cōsuetudinē non aduertūt. **Stellarum**
 Author est Aristoteles lib. ij. de cælo & mūdo. Ab hac cælorum Harmon- **Stellarum**
 nia Ciceronis opinio non est aliena. Libro enim de natura deorū tertio **Stellarum**
 Concedam (inquit) nō modo animātem & sapiētē esse mūdum: sed fidi **Stellarum**
 cinē etiam & tibi cinem: quoniaz earum quoq̄ artū hoies ex eo pcreant. **Stellarum**
 Quæ aut dies planetarū noib⁹ ordine alio q̄ numerari solēat Aegyptij **Stellarum**
 appellauerint: harmoniē nostrō quoq̄ ternario tribuēda est ratio. Pla- **Stellarum**
 netarus ordo inter philosophos familiarior hic est. Saturnus, Iupiter, **Stellarum**
 Mars, Sol, Venus, Mercurius, Luna. Tertium quēq̄ duobus omīssis si **Stellarum**

Stellas esse
Stellarum
formam et
se variam.
Planetarū
distātia.

Stellarum
ordo.

Mūdi mu-
sica.

Diapente.
Diatessarō

Diapason.

Cælorum
harmonia
quæ non
audiam⁹.

Dierū ap-
pellationis
quæ sit rō.

FRANCISCVS SYLVIVS

noies: dierū noia quo ordine nominant inuenies. Saturnus, Sol, Luna, Mars, Mercuri⁹, Iupiter, Venus. Duo. n. inter singulos interiecti sunt. Aut diē in horas viginti quatuor partiare: eiusq; horā p̄mā ex noie plane q̄ quo dies appellat⁹ est noies, secūda noie pximi, tertiā tertij eodē modo adusq; primā diei pximi pergēdo: quo aut noie prima diei illius pximi hora appellabit⁹: eadē erit diei appellatio. Vt diei huius (qui est Veneris) hora prima Veneris est: secūda Mercurij: Luna tertia: eoq; modo p̄ sequēdo, ac planetarū noia vbi ad finē veneris: denuo recipiēdo: hora diei huius Luna erit, & diei crastine Saturnus erit hora p̄ma: dies ergo crastinus erit dies Saturni. Hęc ex Politiano cap. viij. Miscellanorū. quē Sabbatum diem Sabbati appellam⁹. Sabbatū em̄ (vt id dicamus trāseūter) hebraicū vocabulū quietē significat, vt ait Eusebius cap. vij. libri de euangelica p̄paratione decimi tertij. Is em̄ dies est quo Dñs Deus quieuit ab omni opere qd̄ patrarat. Inde vna sabbatoꝝ vel prima sabbati in scriptura dies est primus post diē sabbati secūda tertia & alij dies ratione p̄simi h̄ in Scriptura dicunt. Nos aut̄ dñico die feriamur: p̄pter dñicam refurctionem. Quia hęc est dies quā fecit dñs. Et vt inquit diuus Hieronymus: Quomodo Maria virgo mater Domini inter oēs mulieres principatuz tenet: ita inter ceteros dies Pasche dies dierū oim̄ mater est.

Sabbatuz.

